Praefatio.

Propriorum nominum pertractatio nullo tempore post renatas quae vocantur litteras prorsus neglecta tamen nostra demum memoria in iustam artem redigi coepta est. Illa enim nomina cum in universalibus lexicis non satis respicerentur sexto decimo et septimo saeculo separatim litterarum ordine explicabantur, ut eiusmodi corpora ad veteres scriptores expediendos auxilium praestarent extraordinarium. Qualia sunt Elucidarius poeticus, Roberti Stephani Dictionarium nominum propriorum, Conradi Gesneri Onomasticon. Quae onomastica maxima ex parte Graeca et Latina nomina promiscue continent, et licet in iis permulta nomina desiderentur, tamen etiamnunc non sine fructu atque utilitate pervolutantur.

Sed antiquitatis studiosi quamquam iam mature etiam de nominibus propriis quaesiverunt, praecipue tamen quae esset nominum appellationis ratio cum quibusque cui caeremoniis nomen imponeretur et quae iura ex legitimo nomine penderent in disceptationem vocaverunt. Ac primum quidem viri docti curam suam operamque in Latinis nominibus consumpserunt Graeca cursim attingentes. Sed ubi proximo saeculo intentionem homines docti etiam in Graeca nomina propria converterunt, hoc studio magis magisque delectabantur. Ac profecto ab hoc studio quamvis exiguum atque exile esse videatur, non nihil repetitur, quod maximi est momenti ad etymologiam mythologiam historiam cognationem populorum. Inde in posterum etiam plus utilitatis percipietur, cum orientalia nomina diligentius perquisita erunt.

Duplex autem horum nominum ratio est: quarum prior pertinet ad id, quod certo proprioque vocabulo nominatur, altera vocabulum per se ipsum respicit. Propter hoc posterius propria nomina in eadem ratione sunt, qua appellativa. Hinc debent considerari vocabulorum etymologia derivatio significatio declinatio frequentatio et alia huius generis. Huc pertinet etiam quae grammatici et veteres et recentiores de certo quodam nominum genere praeceperunt. Si autem vocabulum est proprium nomen rei cuiusdam aut hominis, praeterea contemplandum est, quae sit cuiusque singularis natura conditioque et habitus, ubi quisque et unde sit natus, quando vixerit, quos ex qua procreaverit, quae gesserit

quaeque ei acciderint. Quidquid de singulis nominibus dicendum est ad commentationis partem, ut hoc vocabulo utar, lexicographicam pertinet, quae eiusdem generis nomina inter se communia habent ad grammaticam spectant. Cum autem studiosissime contendendum sit atque in eo laborandum, ut copia nominum, quoa eius fieri poterit, completa sit et quaestio grammatica integra, hoc manifestum est, opus, si in eo omnia nominum genera linguae tam locupletis, ut Graeca est, copiose tractarentur et singula nomina cum testimoniis a veteribus scriptoribus aut monumentis petitis litterarum ordine enumerarentur, cum totam fere historiam populi et monumenta litterarum particulatim tale onomasticon complecteretur, grandissimi laboris maximaequae molis et plus quam horreum encyclopaedeuticum futurum esse. Itaque modus adhibendus est. Hoc quamquam ita est tamen quod communiter fieri non potest, id separatim persequi licet. Quam ob causam unum e cunctis nominum generibus delegi, quod haud scio an sit ex omnibus maxime exiguum, nomina dico in ῶ desinentia. Haec nomina colligenti mihi optimum visum est conquirere quidquid nominum in ῶ exeuntium apud Graecos scriptores et Latinos, qui ejusmodi nomina a Graecis auctoribus assumpserunt, et in monumentis reperitur, sive ea sunt propria sive appellativa, sive vernacula sive peregrina, sive muliebria sive virilia. Etenim cum neque lexica nostra neque grammaticae vel Graecae vel Latinae ea omnia contineant, quae de his nominibus sciri possunt, suscepisse laborem mihi videor et lexicographis et grammaticis profuturum.

Cuperem equidem apparatum esse quam plenissimum, sed cum non omnia monumenta et scripta potuerim perlustrare, non sine causa vereor, ne me nonnulla fugerint. Sic ad p. 20 nomen Ἀφρίσῶ addendum est ex Schol. Germ. Ar. Phaen. 148, vol. VI Poett. Lat. min. ed. Lemair. p. 118, ubi haec leguntur: *Nigidius refert, hunc leonem nutritum apud Lunam iussu Iunonis, ac* [*et* vulg.] *in terra Arcadia et* [*in* vulg.] *regione Nemaeae in spelunca, quae* [om. vulg.] *Mihdimon nomine fuit* [*fuerit* vulg.], *quam quidam Aphriso dicunt, et iussu Iunonis ad Herculis exitium dimissum, quem Hercules iussu Eurysthei interfecit cum Molorcho hospite suo.*

Etiam p. 34 de etymologia nominis Γοργῶ aliquid addi potest. Hainebachius *De linguae Graecae reduplicatione* pp. 13 et 14 in Γοργῶ reduplicationem latere suspicatur et nomen ad radicem *ghur* refert. Cf. H. Schweizer. in Actis Litter. Marburg. a. 1850 p. 499.

A.

Ἀβδεναγώ, ὁ, unus de tribus iuvenibus in fornace fervefacta. LXX, Daniel. I, 7 et saepius. Ioseph. Antiqq. X, 10, 1.

Ἁβρώ, ἡ, uxor Candaulis, Lydorum regis, quae eadem Nysia aut Tudo aut Clytia nominatur. Ab Abante sophista ei nomen Habro imponitur apud Ptolemaeum Hephaestionem in Photii Bibl. cod. 190, p. 150b, 22, quo ea loco sic describitur: *ἡ Κανδαύλου γυνή, ἧς Ἡρόδοτος οὐ λέγει τοὔνομα, Νυσία ἐκαλεῖτο. ἣν καὶ δίκορον καὶ ὀξυωπεστάτην φασὶ γενέσθαι, τὸν δρακοντίτην κτησαμένην λίθον, διὸ καὶ αἰσθέσθαι τὸν Γύγην ἐξιόντα διὰ τῶν θυρῶν· ἄλλοι Τουδοῦν αὐτὴν καλεῖσθαι, οἱ δὲ Κλυτίαν, Ἄβας δὲ Ἁβρὼ ταύτην καλεῖσθαι.*

Dubitari non potest, quin hoc nomen *ἀπὸ τοῦ ἁβροῦ, a deliciis*, deducendum sit. Eiusdem ortus sunt *Ἄβρων* grammaticus apud Schol. Hes. Th. 389; Lycurgi oratoris filius apud Phot. Bibl. cod. 268, p. 497b, 25 et eiusdem socer apud Pseudoplut. Vit. X oratt., ubi vulgo legebatur *Ἄβρων*, sed Westermannus Biogr. p. 275 Turicenses editores secutus scripsit *Ἄβρων*; *Ἄβρων ὁ Βουσέλου* Demosth. 43, 73 coll. 19 Turic.

De spiritu quantitate etymologia vocis *ἁβρός* vide G. Hermann. Opp. II, 230. De spiritu aspero in nominibus propriis rem ad liquidum perduxerunt Sintenisius ad Plut. Pericl. XXXII p. 216 et C. Keilius Anal. Epigr. p. 139 n. 1. Lexicographi recentiores et ipse Papius etiamnunc in editione altera Onomastici inter utrumque spiritum fluctuant. Similia nomina praeterea conferri possunt haec: *Ἁβρώνιχος* Demosth. 44, 10 Tur.; *Ἁβρωνίδης Ἁβρόμαχος Ἁβροκλῆς Ἁβροσύνη* apud Papium, *Ἁβράθοος* Nonn. Dion. XXVI, 153.

Eodem reducebant nonnulli grammatici nomen *Ἀφροδίτης* teste Schol. Eur. Troad. 983: *τὴν Ἀφροδίτην ἐτυμολογοῦσιν ... οἱ δὲ Ἁβροδίτην, ἁβροδίαιτόν τινα οὖσαν. μόνη γὰρ οὐκ οἶδε πολεμικὰ ἔργα.*

Ἀγαθώ, ἡ, nomen muliebre apud Graecos non aeque videtur in usu fuisse atque *Ἐπαγαθώ*. Sed Dorvillius ad Charit. II, 3, p. 172. Amst., 304. Lips. putat, hoc nomen legi apud Gorium in Columbario III, p. 149: AGATHO. RHOSICE. TERT. L. additque: *foemininum videtur.*

Etiam L. Rossius in Inscr. Gr. Ined. II, n. 168f. in titulo sepulcrali Nisyri insulae: *Κρύσον ‖ καὶ [Ἀ]γαθοῦδος ‖ καὶ [Κ]ρύσου τοῦ ‖ τέκνου αὐτῶν* ex insolito mulieris nomine *Ἀγαθοῦδος* nomen *Ἀγαθοῦς* restituere his verbis dubitat: *sed nomini Ἀγαθοῦδος quid faciam nescire me fateor, quam ob rem intactum reliqui. Matris nomen in eo latere manifestum est, unde promptum erat corrigere Ἀγαθοῦς, ut esset a casu recto Ἀγαθώ.* Hoc nomen si esset genuinum conferri posset cum Macedonicae mulieris nomine *Ζωσοῦς* C. I. G. II, n. 2001, et *Βαβοῦς* apud Suidam h. v.: *Βαβοῦς, ὄνομα κύριον*, quamquam veresimile est apud Suidam sic legendum esse: *Βαβοῦς. Βαβώ,*

ὄνομα κύριον, cum apud Harpocrationem inveniatur Βαυβοῦς. Βαυβώ, ὄνομα γυναικός, de quo nomine vide vv. Βαβώ et Βαυβώ.

Analogia non repugnat nomini Ἀγαθώ. Formatum est enim nomen ut Ἁβρώ Ἁγνώ Αἰσχρώ Ἀριστώ Ἀφενώ et multa alia eiusdem generis. Praeterea conferri possunt nomina comprobantia Ἀγάθων Ἄγαθος Ἀγαθίς.

Ἀγκῦρώ, ἡ, urbs Aegypti a Stephano Byzantio Ἀγκυρῶν πόλις vocata. Sed Iablonskio Op. 8 apud Stephanum *legendum videtur* Ἀγκυρώ, *sicut est forma similis nominum aliarum urbium Aegyptiacarum* Βουτώ Κοπτώ Κυβώ Κυνώ Λεοντώ. Concedendum quidem est, hanc urbem sic potuisse vocari, sed Stephanus non erat coactus sic scribere. De singulari in ῶ exitu urbium Aegyptiarum in commentatione grammatica plura dicentur. Nunc praeter Iablonskium conferri possunt Wesselingius ad Diod. vol. I, pp. 21 et 100, ad Anton. Itiner. pp. 153. 160 et aliis locis. Post Wesselingium hanc terminationem tractavit Wilbergius ad Ptolem. I, 17, pp. 58 sq., nec praetermisit Lobeckius Rhemat. p. 328.

Ἁγνώ, ἡ, nomen Nymphae et fontis.

1. Nympha fontis Arcadici eademque Iovis nutrix. Paus. VIII, 38, 3: *ταῖς Νύμφαις δὲ ὀνόματα, ὑφ' ὧν τὸν Δία τραφῆναι λέγουσι, τίθενται Θεισόαν καὶ Νέδαν καὶ Ἁγνώ;* ib. 31, 8: *Νέδα μὲν Δία φέρουσά ἐστι νήπιον παῖδα ... Ἁγνὼ δὲ τῇ μὲν ὑδρίαν, ἐν δὲ τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ φιάλην;* ib. 47, 3 in ara Tegeatica vidit Pausanias signa Rheae et Oenoes Nymphae Iovem parvulum tenentium, utrimque quaternis Nymphis assistentibus: ab una parte erant Glauce Neda Thisoa Anthracia, *τῇ δὲ Ἴδη καὶ Ἁγνὼ* (*ἀγνώ* cod. Lugdun. a) *καὶ Ἀλκινόη τε καὶ Φρίξα.*

2. fons Arcadiae mirabili quadam natura, ex cuius aqua diuturna siccitate caeremoniis quibusdam peractis nubes imbresque exciri putabantur. Paus. VIII, 38, 3: *τῆς Νέδας δὲ ὁ ποταμὸς τὸ ὄνομα ἔσχηκε, τῆς δὲ Ἁγνοῦς ἡ ἐν τῷ ὄρει τῷ Λυκαίῳ πηγὴ ἣ κατὰ τὰ αὐτὰ ποταμῷ τῷ Ἴστρῳ πέφυκεν ἴσον παρέχεσθαι τὸ ὕδωρ ἐν χειμῶνι ὁμοίως καὶ ἐν ὥρᾳ θέρους. ἣν δὲ αὐχμὸς χρόνον ἐπέχῃ πολὺν καὶ ἤδη σφίσι τὰ σπέρματα ἐν τῇ γῇ καὶ τὰ δένδρα αὐαίνηται, τηνικαῦτα ὁ ἱερεὺς τοῦ Λυκαίου Διὸς προσευξάμενος ἐς τὸ ὕδωρ καὶ θύσας ὁπόσα ἐστὶν αὐτῷ νόμος, καθίησι δρυὸς κλάδον ἐπιπολῆς καὶ οὐκ ἐς βάθος τῆς πηγῆς· ἀνακινηθέντος δὲ τοῦ ὕδατος ἄνεισιν ἀχλὺς ἐοικυῖα ὁμίχλῃ, διαλιποῦσα δὲ ὀλίγον γίνεται νέφος ἡ ἀχλύς, καὶ ἐς αὐτὴν ἄλλα ἐπαγομένη τῶν νεφῶν ὑετὸν τοῖς Ἀρκάσιν ἐς τὴν γῆν κατιέναι ποιεῖ.*

Repetendum est nomen *ἀπὸ τοῦ ἁγνοῦ*, ut Ἁβρὼ *ἀπὸ τοῦ ἁβροῦ* et multa alia eiusdem generis. vid. Ἁβρώ. Similia nomina sunt Ἅγνων Ἁγνωνίδης Ἅγνος Ἅγνιος Ἁγνίας et composita Ἁγνόδημος Ἁγνοδίκη et multa alia apud Papium.

ἀγουστώ, *μαχαίριον.* Hesych. Cod. Venet. apud Schow. exhibet *αὐγούστω.* vid. H. Steph. ed. Didot.

Ἀγρειώ, vid. v. seq.

Ἀγροιώ, ἡ, mulier ex cribro fatidica, spicas in agris derelictas colligebat. Theocr. Id. III, 31: *Εἶπε καὶ Ἀγροιὼ τἀλαθέα κοσκινόμαντις ‖ ἁ πρὰν ποιολογεῦσα παραιβάτις.*

Codices in nomine consentiunt. ex scholiastae verbis: *Ἀγροιώ, ὄνομα κύριον. οὐδέπω γὰρ τὴν γραῖαν οὕτω φασίν,* coniici posse Casaubonus dicit, lectum olim a quibusdam fuisse *ἁ γραιώ.* unde Heinsius praefert *ἁ γραία* et Wartonus *ἀγροιῶτις ἀλαθέα.* D. Heinsius p. 318 pro *παραι-*

βάτις mavult καταιβάτις, ut *incantatrix* intelligatur.

H. Stephanus in Thesauro nescio unde scripsit Ἀγρειώ. in editione Didotiana hoc vitium emendatum est.

De etymologia conferri possunt poeticum ἀγροιώτης ἀγροιῶτις, *rusticus*, *rustica*, pro ἀγρότης ἀγρότις, et proprium Ἀγροίτας apud Papium, et appellativum ἀγροίτης, quod Suidas Zonaras Etymologi offerunt.

Ἀγώ, ἡ, nomen muliebre.

1. Hierapytnia Cretensium, cui, ut Boeckhio videtur, sodalitium thiasitarum instituebatur ex decreto Hierapytnio. C. I. G. II, n. 2562, 11. 14, ubi bis genitivus Ἀγοῦς comparet. Inscriptio est Boeckhio iudice Constantino Magno recentior.

2. mulier Attica, in cippo apud Ross. *Demen* n. 144: Ἀγὼ ‖ Ἀπολλοδώρου ‖ Λαμτρέως ‖ θυγάτηρ. ‖ Ὀλυμπιοδώρου ‖ Ὀτρυνέως ‖ γυνή.

Nomen compositum est Ἐπαγώ. A simplicissima radice deducitur ἄγω Ἀγώ, ut ἄρχω Ἀρχώ πείθω Πειθώ et multa alia his similia. Andronymon Ἄγων invenitur in Delph. Inscr. 3, apud Curtium p. 56. Eiusdem ortus non ita multa sunt nomina. In Papii Onomastico haec leguntur: Ἀγών Ἀγωνίς Ἀγώνιππος.

Ἀδαμώ, ἡ, nomen mulieris in inscriptione sepulcrali reperta in insula Carpatho, apud Ross. I. G. I, III, n. 264:

Ὑπὲρ] Ἀγαθίππου τοῦ Φιλοκράτευς Ἀθηνα[ί ου καὶ] Ἀδαμοῦς τᾶς ἀδελφᾶς αὐτοῦ καὶ τῶν ἱρώων (sic).

Nomen fictum esse ab Ἄδαμος manifestum est.

Ἀδδώ, ὁ, nomen virile apud Iudaeos non tam infrequens.

1. propheta tempore Davidis. Eclog. Hist. in Crameri AP. II, 261, 15: προεφήτευον Νάθαν ... καὶ Ἀχιὰμ ... καὶ Σαμέας ... καὶ Ἀδδώ; Georg. Sync. Chronogr. vol. I, p. 342, 2 ed. Bonn.; Athanas. Synops. 78: quo ultimo loco Ἀδδώ genitivus est.

2. propheta Iudaeus, quae scripsit historias regum Ierobeami et Abiae. LXX, Paralipp. II, 12, 15: λόγοι Ῥοβοὰμ ... γεγραμμένοι ἐν τοῖς λόγοις ... Ἀδδὼ τοῦ ὁρῶντος καὶ πράξεις αὐτοῦ; ib. 13, 22: καὶ οἱ λοιποὶ λόγοι Ἀβιὰ καὶ αἱ πράξεις αὐτοῦ καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ γεγραμμένοι ἐπὶ βιβλίῳ τοῦ προφήτου Ἀδδώ.

3. avus aut pater prophetae Zachariae. LXX, Zachar. I, 1: ἐπὶ Δαρείου ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς Ζαχαρίαν τὸν τοῦ Βαραχίου υἱὸν Ἀδδὼ τὸν προφήτην; ib. v. 7; Eclog. Hist. in Crameri AP, 270, 28 tempore Cyri προεφήτευον Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας ὁ τοῦ Ἀδδώ; G. Sync. Chr. vol. I, p. 351, 14 ed. Bonn.: προεφήτευον ... Ἀζαρίας ὁ καὶ Ἀδδὼ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ζαχαρίας ὁ καὶ Ἰωδή.

Idem nomen apud Suidam invenitur: Ἀδδώ, ὄνομα κύριον. Papius in Onomastico h. v. nescio quo iure dicit id esse nomen muliebre. Cum nomen Hebraicum sit, C. Keilius Syll. Inscr. Boeot. p. 189 non recte videtur comparare Ἄδα Ἀδάη Ἀδαῖος; rectius forsitan componas illud nomen cum nominibus urbis Mesopotamiae Ἀδδαία apud Ptolemaeum V, 18 p. 143; praefecti Armeniae Ἄδδων apud Dionem Cassium LV, vol. III, 364, 12 Sturz.; amici Iustiniani Ἀδδέος Σύρος γένος ap. Procop. Hist. Arcan. XXV p. 184 Orell. Sed de hac re viri docti iudicent, qui linguas inter se comparant.

Ἀδεκτώ, ὄνομα δαίμονος. Suid. Fortasse cum Io. Albertio, qui sub nomine Gratiani

de S. Bavone Observationes in locos quosdam Suidae scripsit in Burmanni et Dorvillii Misc. Obss. Crit. in Auctores vett. et recentt. Vol. IX. T. I, p. 143 legendum est Ἀλεκτώ, ut notissima illa Furia intelligatur. sed haec nova daemonis forma pro Ἀληκτώ notanda est. Etiam apud Scholiastam ad Aesch. Prom. 516 legitur Ἀλεκτώ pro Ἀληκτώ.

Ἀδμητώ, ἡ, una ex Oceanitibus. Hygin. fab. praef.: ... *Oceanitides Hestyaea, Meliae, Ianthe, Admeto, Silvo* ... A Graecis scriptoribus vocatur Ἀδμήτη, veluti ab Hes. Th. 349, in Hom. h. in Cer. 421. Non videtur quidquam mutandum esse. Simili modo Nereis, cuius nomen apud Graecos est Ξάνθη, a Virgilio Georg. IV, 336 et ab Hygin. l. c. paullo infra *Xantho* dicitur. Nobis fons Graecus exaruit.

ἀειεστώ, ἡ, perpetuitas. Suid. Vid. H. Steph. ed. Didot. et v. ἐστώ.

Ἀελλώ, ἡ, nomen Harpyae et canis.

1. una de Harpyiis, Thaumantis ex Electra Oceanitide filia. Hes. Th. 267: *Θαύμας δ' Ὠκεανοῖο βαθυρρείταο θυγάτρα ἠγάγετ' Ἠλέκτρην· ἡ δ' ὠκεῖαν τέκεν Ἶριν, ἠυκόμους θ' Ἅρπυιας, Ἀελλώ τ' Ὠκυπέτην τε.*

Hesiodum sequitur Apollodorus I, 2, 6, a quo I, 9, 21 eadem Harpyia appellatur Ἀελλόπους. Hoc ipsum nomen habet etiam Hygin. fab. XIV: *aves Harpyias tres Thaumantis et Ozomenes* (leg. cum Perizonio Oceanines) *filias Aëllopum Acholoen Ocypeten.* Tertia soror ab aliis aliter nominatur. Aëllo saepius commemoratur, velut a scholiastis ad Hes. l. c. ad Hom. Il. XVI, 150, ab Ovidio Met. XIII, 710, a Servio ad Virg. Aen. III, 209.

Fulgentius Mythol. I, 8 in etymologia, ut plerumque, ineptit, cum dicit: *ἀέλλω Graece quasi ἑλὼν ἄλλο i. e. alienum tollens.* Nemo est, quin videat, hoc nomen proxime repetendum esse a vocabulo *ἄελλα procella.* Fulgentium sequuntur Mythographi Vaticani III, 5, 5; I, 111; II, 13, quo postremo loco *αἴρων ἄλλο* scriptum est.

G. Hermannus Opp. II, 179 hanc vocem interpretatur *Volutam*, sed vereor, ne ille veram vocabuli vim non perspexerit. Nam *ἄελλα procella percello cello κέλλω* videntur ex eadem radice orta esse, cuius primaria vis erat *tundendi*, non *volvendi*, unde *ἄελλα* est impulsus sive propulsus venti.

2. unus de venaticis Actaeonis canibus. Ovid. Met. III, 219: *Praevalidusque Lacon et cursu fortis Aëllo.* Fortasse idem nomen latet in nomine *Cyllo* apud Hyginum fab. CLXXXI, vid. *Γοργώ* n. 14.

Ἀζηχώ, ἡ, urbs Palaestinae. Ioseph. Ant. Iud. VI., 9, 1: *μεταξὺ Σωχοῦς καὶ Ἀζηχοῦς.* Havercampius edidit Ἀζηκᾶς, sed in libris editis et manuscriptis legitur aut Ἀζηχοῦς aut Ἀζήκους.

ἀηδώ, ἡ, i. q. ἀηδών. Schol. Soph. Ai. 628: *ἡ ἀηδὼ δὲ ἀηδοῦς, ὡς Σαπφώ, κατὰ Μυτιληναίους.* Vid. Kuster. et Bernhard. ad Suidam. Praeterea consulendus est Eustathius ad Il. XI, 36, p. 828, 61: *τὸ δὲ ἡ Γοργὼ καὶ ἡ Γοργὼν ἔχει ὁμοιούμενα τὸ ἡ ἀηδὼν καὶ ἡ ἀηδώ, ὅθεν γενικὴ μὲν τὸ ἀηδοῦς, κλητικὴ δὲ τὸ ὦ ἀηδοῖ· ἔτι δὲ καὶ τὸ ἡ χελιδὼν καὶ ἡ χελιδώ, ἧς κλητικὴ τὸ ὦ χελιδοῖ ... γνωστὸν δὲ τοῖς εἰδόσιν ὅτι καθὰ τὸ Γοργὼν καὶ Γοργώ, ἀηδὼν καὶ ἀηδώ, χελιδὼν καὶ χελιδώ, οὕτω καὶ εἰκὼν καὶ εἰκώ, ἐξ οὗ εἰκοῦς τὰς εἰκόνας ἔφη ὁ κωμικὸς πρὸς ἀναλογίαν τοῦ ἡ Σαπφώ τὰς Σαπφοῦς.*

Ἀθηνώ, ἡ, nomen muliebre.

1. filia Lycomedis cuiusdam textrix, quae cum sororibus artis suae instrumenta

Minervae dedicabat. Anth. Pal. VI, 288, 1; Leonid. Tar. 8, 1; Meinek. Delect. p. 26:

Αἱ Λυκομήδευς παῖδες, Ἀθηνὼ καὶ Μελίτεια
καὶ Φιντὼ Γληνίς θ', αἱ φιλοεργόταται,
ἔργων ἐκ δεκάτας ποτιθύμια τόν τε πρόσεργον
ἄτρακτον, καὶ τὰν ἄτρια κριναμέναν
κερκίδα τὰν ἱστῶν μολπάτιδα, καὶ τὰ τροχαῖα
*πανία *κερταστὰς τούσδε *ποτιρρόγεας,*
*καὶ σπάθας ἐμβριθεῖς, *πολυάργορα, τάσδε πενιχραί*
ἐξ ὀλίγων ὀλίγαν μοῖραν ἀπαρχόμεθα.
τῶν χέρας αἰὲν Ἀθάνα ἐπιπλήσαιο μὲν ἴσως,
θείης δ' εὐσιπύους ἐξ ὀλιγησιπύων.

2. Ἀθηνῷ (sic) in inscriptione Apameae Myrleanorum reperta. C. I. G. II., n. 3714: *Μ. Κλαύδιον* ‖ *Σεκουνδεῖνον,* ‖ *ἀδελφὸν* ‖ *Σεκουνδείνου,* ‖ *Κλαυδία ΑΘΗΝΩΙ* ‖ *ἡ μήτηρ.* ‖ *ψηφ(ίσματι) βουλ(ῆς).*

Letronnius (*Journ. des Sav.* 1827 p. 16), ut Boeckhius animadvertit, coniiciebat Ἀθηναῖς vel Ἀθήνιον. Etiam apud Leonidam Tarentinum eius editor Alb. Ch. Meinekius nomen Ἀθηνώ suspectum habuit. Sed nunc locus alter alteri subsidium fert. Praeterea apud Dioscoridem ep. 10, 1, Anth. Pal. V, 138 reperitur Ἀθήνιον, ad quod nomen Ἀθηνώ eandem rationem habet, quam nomina Ἀριστώ Βιττώ Δρακοντώ Λεοντώ Νανώ Νικώ κτλ. habent ad Ἀρίστιον Βίττιον Δρακόντιον Λεόντιον Νάννιον Νίκιον κτλ. Sturzio contra Opp. p. 45 Ἀθηνώ *videtur ex* Ἀθηναία *vel* Ἀθηνοδώρα *contractum.*

De orthographia Ἀθηνῷ in sectione grammatica fusius exponetur. nunc conferri possunt Ἀκεσῷ Ἀρχιῷ Ἀφενῷ Διονυσῷ Ἐρατῷ Μνασῷ Μνησθῷ Φειῷ Φιλυτῷ.

Αἰαντώ, ἡ, nomen mulieris in lapide Teni reperto. C. I. G. II, n. 2338, 118. Agitur de aedium et aliorum fundorum emptione. praeter ceteros ii designantur, qui consenserunt. ... *πάν]τα ὅσ[α] ἐπρίατο Ἀρτύμαχος παρὰ Θεσπιέως καὶ Ἀριστώ[νακ]τος καὶ κοινοῦ [Θ]εοξενιαστῶν, οἷς γείτονες Ἀρτύ[μ]αχος, Ἀρίσταρχος, δραχμῶν ἀργυρίου [πε]ν[τ]ακοσίων, συνχωρούσης καὶ συνεπαινούσης [Α]ἰαντῶς [Δη]μ[ων]ί[δ]ου [ἐκ πό]λεως μ[ε]τὰ κυρίου Ἀρτυμάχου Ἀριστάρχου, Ἡρακλε[ιδῶν]* ... In lapide comparet *ΑΙΑΝΤΩΣ.*

Feminina in ῶ exeuntia, ut Boeckhius p. 272 *a* animadvertit, h. l. *genitivum habent in ῶς, ut Φειδῶς vs.* 92. 99; *Αἰαντῶς vs.* 118; *Καλλιῶς vs.* 109. 110: *quod est Doricum et Aeolicum, licet Tenii Iones sint.*

Nomen ab *Αἴας Αἴαντος* deducendum est et aeque formatum est atque *Δρακοντώ Λεοντώ Λαμπαδώ Λαμπιδώ.*

Αἰγεινώ, ἡ, procuratrix Archelai regis, ab Euripide vehementer amata, ex coniectura Ilgenii in Hermesianactis fragmenti ab Athenaeo XIII, 598 D asservati v. 66:

ἀλλὰ Μακηδονίης πάσας κατενίσατο λαύρας,
Αἰγείων μέθεπεν δ' Ἀρχέλεω ταμίην·
εἰσόκε τοι δαίμων Εὐριπίδῃ εὗρεν ὄλεθρον,
ἀμφὶ βίου στυγνῶν ἀντιάσαντι κυνῶν.

Αἰγειῶν Hermannus, *Αἴγειαν* Westonius, quorum uterque de urbe Macedoniae cogitat; Ἀργείην Casaubonus, Ἄντειαν Iacobsius Anth. Gr. II, 2 p. 236; Weberus *Die elegischen Dichter der Hellenen* pp. 284. 681. Ilgenii coniecturam probat, quam N. Bachius Philetae Coi etc. Reliqq. p. 158 in ipsum verborum contextum recepit et defendere posse sibi videtur nominibus *Θεανώ Κελαινώ Κρινώ Λεινώ Σθενώ Σαπφώ Κοριαννώ Φαννώ.* Sed illa coniectura quamquam, cum postremae tantum duae litterae transpositae sint, facillima est, non debuit probari nisi etymologia vocis indicata. Unde autem istud

nomen deducendum sit neque Ilgenius neque Weberus neque Bachius docuit. Nec quae Bachius nomina congessit ullo documento esse possunt.

Αἰγιμιώ, ὄνομα πόλεως. Zonaras. Idem nomen ex codicibus et Zonara Bernhardyius restituit apud Suidam pro vulgata scriptura *Αἰγιμώ*, sed addit: *glossa suspecta.* Ortus vocabuli ignotus est. Simile nomen est *Αἰγιμιός* sive *Αἰγίμιος.* Lobeckius Rhem. p. 323 satis caute rem reliquit integram: *Oppida ignota Suidae memorata Αἰγιμώ et Αἰθώ gerunt quidem similitudinem Graecorum vocabulorum nec tamen demonstrari potest ab his originem habere.*

Αἰγιμώ vide vocem antecedentem.

Αἰγώ, ἡ, mulier Cressa, quae Iovi mammam praebuit. Schol. Oppian. Hal. III, 10: *Αἰγιόχος υἱὸς τοῦ Κρόνου· διὰ τοῦτο ἐκλήθη οὕτως, ὅτι ὁ Κρόνος ἐποίει τέκνα καὶ ἔτρωγεν αὐτά· γεννηθεὶς οὖν ὁ Ζεὺς ἀπ' αὐτοῦ, ἀπῆρεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ ἀπῆγεν αὐτὸν εἰς τὴν Κρήτην καὶ ἔδωκεν αὐτὸν ἐκεῖ τρέφεσθαι, καὶ ἐτρέφετο ἐκεῖ ὑπὸ γυναικὸς Αἰγοῦς, καὶ ἐνεδύετο καὶ αἰγὸς δέρμα.*

Radix vocabuli est *αἴξ αἰγός.* unde etiam nomen pastorale *Αἴγων* deductum est.

Αἰδώ, ἡ, nutrix Minervae eademque dea verecundiae. Bekk. AG, I, 355, 14: *Αἰδώ, τὸ αἰδοῖον. καὶ ἡ σελήνη παρὰ Χαλδαίοις. καὶ ἡ ῥίπη παρὰ Λάκωσι. καὶ ἡ τροφὸς τῆς Ἀθηνᾶς. καὶ ὁ βωμὸς ὁ ἐν τῇ ἀκροπόλει.* Coll. Bachmann. AG, I, 43, 21. Idem habet Suidas, sed Bernhardyius haud dubie rectius edidit *Αἰδῶ,* ut sit accusativus nominis *αἰδώς.* quamquam etiam Etym. M. 30, 40 *αἰδώ* nominativum agnoscit: *ἰστέον, ὅτι ἡ αἰδώ, ὅτε μέν ἐστι εὐθεῖα, ὀξύνεται, ὡς Λητώ Σαπφώ· ὅτε δὲ αἰτιατική, περισπᾶται.*

Verba, quae ad Minervam pertinent egregie illustrat Eustath. ad Il. XXII, 451, p. 1479, 39: *διὸ κατὰ παλαιοὺς Ἀθήνησιν Αἰδοῦς καὶ Ἀφελείας ἦν βωμὸς περὶ τὸν τῆς Πολιάδος Ἀθηνᾶς νεών, καθὰ καὶ Παυσανίας* [I, 17, 1: *καὶ γὰρ Αἰδοῦς σφίσι (Ἀθηναίοις) βωμός ἐστι καὶ Φήμης καὶ Ὁρμῆς] ἱστορεῖ, ἃς οἱ μὲν παιδαγωγούς, οἱ δὲ τροφοὺς τῆς θεᾶς γενέσθαι φασίν.* Cf. praeterea Fritzsch. ad Arist. Thesm. 1019 et Bernhard. ad Suidam l. c.

2. i. q. *τὸ αἰδοῖον.* vid. n. 1.

3. ara in acropoli. vid. n. 1.

4. i. q. *ῥίπη* apud Lacones. vid. n. 1.

5. luna apud Chaldaeos. vid. n. 1 et H. Steph. ed. Didot. vol. I, pp. 931 et 933.

Nomen 1. 2. 3. formatum est a verbo *αἴδομαι αἰδέομαι;* quomodo n. 4. explicandum sit nescio; n. 5. cognatum videtur cum *ἀιδής.*

αἰειεστώ, ἡ, status rerum perpetuo durans. Suidas. Vid. Interpretes et v. *ἐστώ.*

Αἰθώ, ἡ, nomen urbis et equi.

1. urbs quaedam. *ὄνομα πόλεως.* Zonaras. Suidas. Cramer. AP, IV, 100, 26. vid. *Αἰγιμιώ.*

2. unus de Solis equis. Schol. Eur. Phoen. 3: *θοαῖς ἵπποισι] ἔδει δὲ ἐκ τοῦ ἐπικρατοῦντος ἀρσενικῶς αὐτοὺς ὀνομάσαι. τέσσαρες δέ εἰσι Χρόνος Αἰθώ Ἀστραπή Βροντή· ἄλλοι δέ φασιν, ὡς δύο, Λάμπων καὶ Φαέθων.*

Valckenarius legendum censet *Ἥρος Αἰθοψ Ἀστραπή Βροντή.* Sed sine dubio legendum est *Αἰθων.* hoc enim nomine ab aliis unus de Solis equis appellatur, velut ab Ovidio Met. II, 153 coll. Hyg. fab. CLXXXIII, qui haec nomina habent: Pyroeis Eous Aethon Phlegon; a Mythographis Vaticanis I, 113; II, 21; III, 8,

6, apud quos haec nomina leguntur: Aethon Lampus Erythraeus Philogeus.

Eiusdem nominis est unus ex quattuor equis Martis apud Quintum Smyrnaeum VIII, 242: *Αἴθων καὶ Φλόγιος, Κόναβος δ' ἐπὶ τοῖσι Φόβος τε*, et equus Aurorae apud Claudianum Rapt. Pros. I, 282 *Aethonque sagitta ocior*, et ap. eundem Quart. Cons. Honor. 561: *velox Aurorae nuntius Aethon*, et Servius ad Aen. XI, 90: *Aethon, nomen equi, quo etiam Aurorae equus vocatur.*

Item unus ex quattuor Hectoris equis nominatur apud Homerum Il. VIII, 185: *Ξάνθε τε καὶ σύ, Πόδαργε, καὶ Αἴθων Λάμπε τε δῖε*, et equus Pallantis apud Virgilium Aen. XI, 90: *Post bellator equus, positis insignibus, Aethon.*

Etiam unus de Actaeonis canibus *Aethon* appellatur apud Hyginum fab. CLXXXI.

Servius l. c. duplicem etymologiam affert: *vel a splendore, nam αἴθω ardeo dicitur, vel a cursus celeritate quasi ἀεὶ θέων i. e. perpetuo currens, indefessus.* Prior vera est.

Αἰνησώ, ἡ, nomen mulieris in inscriptione Rhegina. C. I. G. III, n. 5762, b, 7: Ab initio duo versus deesse videntur: *ἀρχόντων δὲ Νικάνδρου τοῦ Λευκίου ‖ Συμμάχου τοῦ Ἡρακλήτου, Φ[υ]λάκου ‖ τοῦ Φιλιστίωνος, Κρατίππου τοῦ Κρατίππου, ‖ τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν ‖ καὶ προ[ξ]ένων Αἰνησοῦν Νίκ[ω]νος τῆς ‖ εὐνοίας ἕνεκεν τῆς εἰς αὐτούς.*

Franzius p. 688 b. *Αἰνησοῦν* pro viro accepit. Verum vidit C. Keilius in Schneidewini Philol. 1849. IV, 4, p. 739 hac nominis forma mulierem indicari, quae a familia histrionum statua honorata sit. Nomina eiusdem radicis sunt apud Papium *Αἰνησίας Αἰνησίδημος Αἰνησίππα Αἰνησίτιμος.*

Ἀϊνικώ, ἡ, nomen mulieris in lapide Teni reperto. C. I. G. II, n. 2338, 42. coll. v. 17. vid. *Αἰαντώ. ... πάντα ὅσα ἐπρίατο Ἀϊνικώ;* v. 17 nomen sic exaratum est: *ΑΙΑΠΙΚΟ.* Papius scripsit *Αἰνικώ.* Hoc si tenetur, nomen componi potest cum nomine mensis cuiusdam Cypriorum *Αἰνικός* et cum nomine scriptoris *Αἴνικος:* quod posterius in dubium vocatur cum a multis aliis, tum praecipue a Meinekio fragm. vol. I, 249, qui scripturam *Εὔνικος* praefert. Equidem sive *Ἀινικώ* sive *Αἰνικώ* scribitur, unde sit deducendum nescio neque audeo diiudicare, num posterior vocis pars cum vocabulo *νίκη* cognata sit. Nam hoc si esset: putares eodem modo ab *Νικώ* formatum esse, quo *Αἴλινος* ab *Λίνος.*

Αἰρεπώ, ἡ, nomen loci et Amazonis.

1. locus agri Cydoniatis in Creta. C. I. G. II, n. 2554, col. III, 166. In marmore Latiorum et Olontiorum pacta fines alia continentur. Inscriptio, Boeckhio iudice p. 406 a., pertinet a tertium a. Ch. n. saeculum: *Ὅροι Λατίων ποτὶ Ὀλοντίως. ‖ Ἀπὸ θαλάσσας ἐς Πλυμὸν ἂν ῥά ‖ χιν ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον Ἀφροδίσι ‖ ον, καὶ τούτω ὡς τῶ [γ]ήρ[ρ]ω [τ]ήνω ‖ τῶ τεμένεος οἱ ὅροι [ο]ἱ ἐς τὰν ‖ Δωρ[ηί] αν [προ]έχοντες κὴς τὰν ‖ Αἰρεπώ, κὴς τὰν Πρυμνίτισ ‖ σαν, κὴπὶ τ[ᾶ]ς Καλολακκ[α]ς ‖ τὰν περίβασιν, κὴς Ἀρχελά[κ] ‖ καν, ἐς τὰν Δηράδα ἐπ' ἀρτίων ‖ πρίνων, κὴς τὸν Ἀχάμαντα.*

2. nomen Amazonis equitantis in vase fictili apud Gerhardum *Auserlesene Griechische Vasenbilder* III. p. 106. Nomen scriptum est *ΑΙΔΕΠΟ*, quod Gerhardus cum dubitatione quadem legit *Αἴρεπο* i. e. *Αἰρεπώ.* Radix vocabuli ignota est.

Αἰρώ, ἡ, Oenopionis et Nymphae Helicae filia. Parth. Nic. 20: *Λέγεται δὲ καὶ Οἰνο-*

πίωνος καὶ νύμφης Ἑλίκης Αἰρὼ κόρην γενέσθαι· ταύτης δὲ Ὠρίωνα τὸν Ὑριέως ἐρασθέντα παρ' αὐτοῦ παραιτεῖσθαι τὴν κόρην ...

Passovius coniecit Ἠρώ. Meinekius in Anall. Alex. p. 323 n. 19. praefert Μαιρώ. Ac profecto nomen Αἰρώ singulare est. Nec aliud quidquam possum afferre nisi urbem in Teiorum finibus sitam vulgo Ἐραί vocatam, cuius nomen genuinum esse Αἰραί sive Αἰραί Th. Bergkius affirmat in Archaeologische Zeitung, a. 1847. Beilage n. 3. p. 36.

Αἰσχρώ, ἡ, nomen mulieris in columna sepulcrali Athenis reperta. C. I. G. I, n. 822: Αἰσχρὼ ‖ Σόφων[ος] ‖ Ἀντιοχέ[ως] ‖ θυγάτηρ.

Nomen originem traxit ab adiectivo paronymo αἰσχρός, unde deducuntur etiam Αἴσχρος Αἴσχρη sive Αἴσχρα Αἰσχρής Αἴσχρων Αἰσχρέας Αἰσχραῖος Αἴσχριος Αἰσχρίων apud Papium.

Ἀκεσώ, ἡ, nomen muliebre.

1. Dea medicorum, filia Aesculapii et Epionae. Suid. v. Ἠπιόνη: Ἠπιόνη, γυνὴ Ἀσκληπίου, καὶ θυγάτηρ αὐτῆς Ὑγεία Αἴγλη Ἰασὼ Ἀκεσὼ Πανάκεια. Vid. Suid. v. Ἀκεσώ. Cf. Valckenar. Diatr. Eur. p. 291, qui hoc nomen etiam in Etym. M. 434, 18 ex corrupto vocabulo Δεκτίων restituendum esse censet.

2. Ἀκεσῷ (sic) nomen mulieris in ara fracta Cyrenis reperta. C. I. G. III, n. 5171: ΑΚΕΩΙ ΝΙΚΟΔΑΗΩ. Franzius legit: Ἀκε[σ]ῷ Νικο[λά]ω sive Νικο[λα]ήω. De Iota adscripto vel potius subscripto vid. Ἀθηνῷ.

3. ex coniectura Boeckhii pro Ἀκεισώ, ubi vide.

Radix huius vocis latet in verbo ἀκέομαι, ἀκέσομαι, unde multa nomina orta sunt, ut Ἀκέσων Ἀκέσιος Ἄκεσις Ἄκεσιν Ἀκεσεύς Ἀκεσίδας Ἀκεσᾶς Ἀκεσίας Ἀκεσαῖος Ἀκεσαμενός et composita Ἀκέσανδρος Ἀκεσίλαος Ἀκεσίμβροτος apud Papium, Ἀκεσίτιμος apud C. Keilium Zwei Inschriften. 1849. p. 10.

Ἀκευσώ, ἡ, nomen mulieris in inscriptione Anaphae reperta sub statua feminae habitu sacerdotali diis thus offerentibus. C. I. G. II, n. 2481: Σιμίας Τελεσικράτευς ‖ ὑπὲρ τᾶς ματρὸς Ἀκευσῶς ‖ Ἀπόλλ[ω]νι Π[υ]θίῳ καὶ Ἀρτέ ‖ μιτι Σωτείρᾳ.

Boeckhius haec addit: Ἀκευσῶς est pro Ἀκευσοῦς. Letronne edidit ΑΚΕΥΣΕΩΣ et corrigit ἀκεσέως pro restitutione matris. at nomen matris omissum esse non probabile videtur. Quamquam quod ego statuo nomen Ἀκευσώ habet offensionem quandam malimque Ἀκεσώ. sed multa nomina Graeca, muliebria imprimis, satis ignota sunt, et ex nomine participiali Ἀκέουσα sive ἀκεῦσα potuit Ἀκευσώ formari. Utut est, schedae praebent, quod dedi. Idem in Add. p. 1096: Rossius rectius edidit in Kunstblatt a. 1836 n. 19, p. 74, quod exemplum unicum verum est, id habet ΑΚΕΥΣΩΣ. Contra C. Keilio Anall. Ep. p. 108 potius referendum id videtur ad formam ἀκεύομαι, de qua forma vid. H. Steph. ed. Didot.

Ἀκεσστιμώ, ἡ, nomen mulieris in titulo Smyrnaeo. C. I. G. II, n. 3263: Ἀ]κεσστιμὼ [Β]αρ ‖ βαρίο[υ.

Simplicia sunt Ἀκεσώ et Τιμώ. Prior pars ducenda est ab ἄκος, εος, cuius radix est ΑΚΕΣ et nomen formatum est ad analogiam adiectivorum ὀρέσβιος ὀρέσκωος σακέσπαλος σακέσφορος τελέσφορος. C. Keilius huic nomini similia monstrat in libello Zwei Inschriften. 1849, p. 10: Ἀκέστιμος Ἀκεστίμη Ἀκεσιείμη.

De duplici σ̄ ante τ̄ cf. praeter Boeckhium et Osannum Franzium El. Ep. pp.

49. 247 et praecipue C. Keilium Spec. Onomat. p. 104.

Ἀκενιππῶ, vide vocem sequentem.

Ἀκινιππώ, ἡ, urbs Baeticorum Celticorum in Hispania. Ptol. II, 4, p. 40 Bert. p. 114 Wilb. Codices variant inter Ἀκινιππῶ et Ἀκινίππω. Editiones ante Wilbergium habent Ἀκενιππῶ, Wilbergius ipse dedit Ἀκινιππῶ. Sed analogia postulat, ut scribatur Ἀκινιππώ.

Ἀκκώ, ἡ, nomen muliebre.

1. mulier e stultitia famosa. Samiam eam fuisse tradunt Etym. M. 49, 4; Zonaras h. v.; Cramer. AP, IV, 106, 10; Apost. VIII, 78; Arsen. 238. Exempla fatuitatis commemorat Schol. Plat. Gorg. LI p. 353 Bekk.: τὸ ἀκκίζεσθαι ἐκ γυναικὸς εἰρῆσθαί φασιν Ἀκκοῦς καλουμένης, ἣν οὕτως εὐήθη λέγουσιν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἱστοῦ θοιμάτιον καθελομένην ἡμίεργον ἀμφιέσασθαι, εἴς τε τὸ κάτοπτρον βλέπουσαν πρὸς τὴν παρ' αὐτὴν ἔμφασιν εἰς αὐτὸ γιγνομένην ὡς ἑτέρᾳ προσλαλεῖν γυναικί; novum addit Suidas h. v.: ταύτην φασὶ καὶ σπόγγῳ πάτταλον κρούειν. Cf. praeterea Schol. Luc. Lexiph. 19. Zenob. I, 53, ubi Leutschius etiam alios locos indicavit.

De etymologia et significatione Etymol. M. 574, 14 haec tradit: Μακκολᾶν. τὸ ἀνοηταίνειν καὶ μωραίνειν. Παρὰ τὸ μὴ καὶ τὸ κοῶ, τὸ νοῶ, μηκοῶ· καὶ κατὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα, ὅτι ἡ ἐπείσοδος τῶν συμφώνων τροπὴν ποιεῖ, ὡς ἥδω ἀνδάνω, ἐπεισῆλθε τὸ κ̄, καὶ ἐτράπη τὸ η̄ εἰς ᾱ ... Ἀκκὼ οὖν ἀκκοῶ καὶ πλεονασμῷ μακκοῶ. coll. Schol. Luc. Lexiph. 19 et Eust. ad Il. VI, 201 p. 636, 57.

Ad mores huius stolidae mulierculae optime quadraret si repeti posset ab ᾱ privativo et verbo κοέω. saepius hoc nativum verbum conspicitur in compositione, ut ἀμνοκῶν εὐρυκόας et in propriis, ut Δηικόων Δημοκόων Εὐρυκόων Καλλικῶν Καλλικώ κοάλμενος. Vid. Passov. Lex. Gr. ed. Rost. v. κοέω. Sed duplex κ̄ habet difficultatem. Nomina similis exitus sunt Δικκώ et Θεοκκώ. Fortasse origo huius vocis altius quam ex Graeca lingua repetenda est.

2. terricula quaedam, cuius metu pueri ab ineptiis deterrebantur. Plut. Stoic. Repugn. p. 1040, T. X, p. 303 Reisk. Plutarchus vituperat quod a male agendo homines absterreantur divina poena proposita et pergit: ὡς οὐδὲν διαφέροντα τῆς Ἀκκοῦς καὶ τῆς Ἀλφιτοῦς, δι' ὧν τὰ παιδάρια τοῦ κακοσχολεῖν αἱ γυναῖκες ἀπείργουσιν.

Ἀκχώ, ἡ, urbs Phoeniciae eadem atque Ἄκη et Πτολεμαΐς. LXX, Iudd. I, 31. Vid. Holsten. Not. et Cast. in Steph. Byz. p. 19b, qui praeterea Eusebium et Hieronymum auctores nominat.

Ἀλεξώ, ἡ, nomen muliebre.

1. meretrix, quae Priapo post pervigilium fascias et corollas dedicabat. Anth. Pal. V, 200; Ep. adesp. 111:

Ὁ κρόκος, οἵ τε μύροισιν ἔτι πνείοντες Ἀλεξοῦς
σὺν μίτραις κισσοῦ κυάνεοι στέφανοι
τῷ γλυκερῷ καὶ θῆλυ κατιλλώπτοντι Πριήπῳ
κεῖνται τῆς ἱερῆς ξείνια παννυχίδος.

2. nomen Deliae mulieris, ex cuius re familiari erant aedes Apollini sacratae, in Marmore Sandwicensi Athenis reperto. Boeckh. *Staatshaush. der Athener* II, p. 240, Tab. VIIb, 31: οἰκ[ίαι] ἐν Δή[λῳ ἱ]εραὶ τοῦ Ἀπόλλωνος τ[οῦ Δη]λίου. Οἰκία ἐν Κολω[νῷ], ἣ ἦν Εὐ[φάν]του. ἣ [ἦν] ἐ[κ τ]ῶν Ἀλεξοῦς. In lapide exaratum est ΑΛΕΞΟΣ.

Formatum est ut Αὐξώ. ex stirpe ἀλέξω aut ἀλέκω permulta propria nomina et simplicia et composita nata sunt, ut Ἀλέξων

Ἄλεξος Ἄλεξις Ἀλέξιος Ἀλεξίων Ἀλεξίας Ἀλεξιάς et composita, quale est Ἀλεξίβιος et multa alia apud Papium.

Ἀληκτώ, ἡ, una de Furiis, quarum originem Appollodorus I, 1, 4 hoc modo narrat: καὶ Κρόνος ἀποτέμνων τὰ αἰδοῖα τοῦ πατρὸς (Οὐρανοῦ) εἰς τὴν θάλασσαν ἀφίησιν· ἐκ δὲ τῶν σταλαγμῶν τοῦ ῥέοντος αἵματος Ἐρινύες ἐγένοντο Ἀληκτώ Τισιφόνη Μέγαιρα. Similiter eorum ortum significat Hesiodus Th. 183 sqq., sed nondum nomina novit. Kampius in scriptione *Erinnyes*, Berol. 1831, p. 11 illa nomina opinatur cyclicorum demum aetate inventa esse, etiamtum tragicis poetis incognita. Osannus ad Cornutum p. 258 illa nomina scholas philosophorum quodammodo sapere ait et originem etiam posteriori aetati adscribendam videri. primum iis usum esse Appollodorum. Commemoratur etiam Alecto ab Orph. Arg. 966, Cornut. X, Schol. Aesch. Pr. 516, ubi nomen scribitur Ἀλεκτώ, Schol. Eur. Or. 37. 311, Phot. Lex. v. Εὐμενίδες, Virg. Aen. VII, 324. 341. 415. Tzetz. Theog. 81 ed. Bekk.

De etymologia et significatione huius vocabuli conferri possunt Tzetzes ad Lycophr. 406 coll. Eudoc. p. 152, et Schol. cod. Par. 4 Cornut. ap. Osann. p. 258, quorum uterque idem dicit: Ἀληκτὼ παρὰ τὸ μὴ λήγειν τοῦ τιμωρεῖν τοὺς τοιούτους (κακούς). Eodem modo interpretatur Cornutus l. c. cum dicit: (Ἐρινύες) ἐρευνήτριαι τῶν ἁμαρτανόντων ... ὥσπερεὶ μεγαίροντος τοῖς τοιούτοις τοῦ θεοῦ καὶ τιννυμένου, ἤγουν τιμωρουμένου τοὺς γινομένους ὑπ' αὐτῶν φόνους καὶ ἀλήκτως καὶ ἀπαύστως τοῦτο ποιοῦνος. Nec a vero abhorret Fulgent. Myth. I, 6: *Furias ... quarum prima Alecto: ἀληκτώ enim Graece inpausabilis dicitur ... Primum est ergo non pausando furiam concipere.* Fulgentium exscribunt Mythographi Vaticani III, 6, 23; I, 109; II, 12.

ἀλήσθω, γῆ σπορίμη, κηνοτρόφος. Hesych. Is. Vossius scribi iubet ἀλησθώ. Vid. interpretes.

Ἀλληκτώ, apud epicos poetas pro Ἀληκτώ. Orph. Arg. 966 (971), hymn. 68, 2 (69, 2), Virg. Aen. VII, 324. 341. 415, Claud. Rapt. Pros. I, 278, Schol. Stat. Theb. I, 477 p. 28, codd. Vat. B. Guelferb. E. et G. Mythographi Vaticani alterius c. 12. Sed priore Orphei loco habet Hermannus Ἀληκτώ, et ap. Virg. et Claud. vulgata scriptura est *Alecto*, in qua forma tum prima syllaba producitur. Sed prima syllaba per se brevis geminata λ̄ producitur iam in vocabulo ἄληκτος apud Homerum. Reliqui epici poetae sequebantur. Vid. H. Steph. ed. Didot. et Heyn. ad Virg. Aen. VII, 324.

ἀλληλώ, solanum hortense. Diosc. Noth. 4, 71 teste H. Stephano in Thes. ed. Didot.

Ἀλφιτώ, ἡ, nomen quoddam terribile, quo pueruli male morati comprimebantur. Plut. Stoic. Rep. 15 p. 1040, vol. X, 303 Reisk. Eiusdem generis erat cuius Ἀκκώ, ubi vid. n. 2. Unde nomen repetendum sit ingnotum est, cum ἄλφιτον, *polenta*, non videtur cognatum esse.

Ἀλώ, vicus in Marmarica. Ptolem. IV, 5 p. 118 Bert. 218 Wilb. Vulgo legebatur Ἄλω, recentissimus editor ex codicibus scripsit Ἀλώ, unus codex habet Ἀλῶ.

ἀλωπώ, ἡ ἀλώπηξ. Hesych. secundum coniecturam Is. Vossii pro vulgato Ἀλωπά scribentis ἀλωπώ, ut κερδώ. Hanc coniecturam comprobavit Coraes in Atact. t. IV p. 7, teste Fixio in H. Steph. ed. Didot.

Ἀμαζώ, ἡ, mater Amazonum. Eust. ad Dion. 823 p. 261, 9 Bernh.: τὴν δὲ Ἔφεσον τὸ κύριον ὄνομα. γυνὴ γὰρ ἡ Ἔφεσος, ἀφ' ἧς ἡ πόλις ὀνομάζεται, πρόσπολον Ἀρτέμιδός φασι καὶ θυγατέρα αὐτῆς τὴν Ἀμαζὼ ἱστοροῦσιν, ἀφ' ἧς αἱ Ἀμαζόνες. Bernhardyio ad h. l. vol. II, p. 948 *singulare* videtur hoc nomen et in Indice p. 1049 a. dubiam vocem appellat.

Idem tradit Stephanus Byz. ed. Meinek. v. Ἔφεσος, ἐκλήθη δὲ ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων ἣν καὶ βασίλισσαν καὶ πρόσπολον Ἀρτέμιδος εἶναί φασιν. ἐσχηκέναι δὲ καὶ θυγατέρα Ἀμαζώ, ἀφ' ἧς αἱ Ἀμαζόνες. Sic Meinekius edidit ex cod. Rehd. scriptura Ἀμαζῶ. cod. Voss. habet Ἀμαζῶνα, Aldin. Ἀμαζόνα. Similiter Eudoc. p. 38: Ἔφεσον δὲ τὴν Ἀρτέμιδος πρόσπολον, αὐταῖς (Ἀμαζόσι) γενέσθι μάμμην φασίν, ἧς θυγάτηρ Ἀμαζώ.

Deinde in Hom. Epim. A. ap. Cramer. in AO, I, 80 nomen legitur: οἱ δὲ (τὰς Ἀμαζόνας κεκλῆσθαί φασιν) ἀπὸ μητρὸς Ἀμαζοῦς. Cod. habet ἀπὸ μρς ἀμαζους. Hinc Meinekius l. c. emendavit Hesychianam glossam: Ἀμαζών, μία τῶν Ἀμαζόνων in Ἀμαζώ, ἡ μήτηρ τῶν Ἀμαζόνων.

De etymologia et interpretatione huius vocabuli veteres et recentiores grammatici mirum quantum inter se differunt. Vid. Creuzer. Symb. II, 176, Goetting. Comment. de Amazonibus inprimisque de Amazone Polycleti. Ienae 1848; Doederlein. Hom. Glossar. 1850, I, 200.

Amazones vocatas esse ἀπὸ τοῦ ἐστερῆσθαι μαζῶν, ἀπίθανος, inquit grammaticus quidam in Cram. AO l. c., ἡ τοιαύτη ἐτυμολογία. pergit ille: Θεμισταγόρας δὲ καὶ ἐν τῇ χρυσῇ βίβλῳ φησίν· ὅτι αἱ κατὰ τὴν Ἀλόπην τὴν νῦν καλουμένην Λυκίαν τὴν πρὸς τῇ Ἐφέσῳ γυναῖκες μιᾷ συμβουλῇ τὰ συνήθη ταῖς γυναιξὶν ἔργα ἀπαρνησάμεναι καὶ ζώναις χρησάμεναι καὶ ὁπλισμοῖς τὰ τῶν ἀνδρῶν πάντα ἐπετήδευον· πρὸς δὲ τὰ ἄλλα καὶ ἥμων σὺν αὐταῖς ζώναις ἀμώσας, coll. ib. I, 33, 3; Etym. M. 75, 52. Cf. praeterea Diod. III, 53; Schol. Aesch. Prom. 723.

Ab eodem verbo primitivo ἀμᾶν vel potius ab intensivo ἀμάζειν vocabulum Doederlein. l. c. derivat et eiusmodi feminina ait proxime formata esse a participiis, ut ἀρηγών ἀλαζών, sic ἀμαζών; sed propria esse illarum mulierum negotia belli, non pacis: eas esse bellicosas virgines μαχήμονες. Et a Nonn. Dion. XX, 199 Amazones vocantur μαχήμονες γυναῖκες.

Goettlingius l. c. *falluntur*, inquit, *qui a μάζω et ᾱ privativo* τὴν Ἀμαζόνα *derivant, quum ab eodem ᾱ et μάσσειν compositum sit vocabulum. Igitur* Ἀμαζών *est ea quae contrectari sese a viro non patitur i. e. nuptiis seu matrimonio adversatur.*

Ex his diversis etymologiis hoc unum colligi potest, hanc vocem ex Graeca radice non esse ortam, quod eo verisimilior fit, quod fabula Amazonum ex Asia in Graeciam emanavit. Sine dubio nomen ex lingua quadam Asiatica deducendum est. Cum irrisione quadam Doederleinus inveniri ait, qui hoc nomen cognatum esse opinentur cum voce Tschercessica *maza*, *luna*, aut cum Kalmuccica *aëmetzaine*, *fortis femina*. Vid. praeterea Creuz. Symb. II, 176; Baehr. in Paulyi Encyclop. h. v. Etiamsi in illis vocibus veram etymologiam non esse detectum concedi potest, tamen ratio derivandi certa esse videtur. Verum haud dubie vidit Movers. Phoeniz. I. pp. 20. 624 deducens ab *Am-aza* אם עזה *fortis mater* i. e. Diana Persica et Scythica. Hoc probat L. Rossius in *Alterthumswissenschaft* a. 1850. n. 25, p. 194.

Ἀμαξώ est falsa scriptura pro Ἀναξώ apud Arsenium Viol. p. 131. Vid. Ἀναξώ n. 1.

ἀμειβώ, ἡ, Eust. ad Od. III, 333 p. 1471. 31: ἐκ τοῦ ἀμείβειν θηλυκὸν ἡ ἀμειβώ.

Ἀμεινώ, ἡ, filia Clius cuiusdam, aedituae Dianae, Cretensis, quae filiarum suarum imagines in templo dedicabat precibus pro earum incolumitate adiectis. Anth. Pal. VI, 356, Pancrat. 1, Meinek. Delect. p. 61:

Κλειοῦς αἱ δύο παῖδες Ἀριστοδίκη καὶ Ἀμεινώ
Κρῆσσαι, πότνια σῆς Ἄρτεμι νειοκόρου
τετραετεῖς ἀπὸ μητρός· ἴδοις, ὤνασσα, τὰ τῆσδε
εὖ τέκνα, κἀντὶ μιῆς θὲς δύο νειοκόρους.

Paronymon Ἀμείνων legitur in Marm. Elgin. XXXI, 17 ap. Osann. Syll. Praeterea conferri possunt nomina apud Papium Ἀμεινίας Ἀμεινιάδης Ἀμεινοκλῆς Ἀμεινοκράτης Ἀμεινόλας.

Ἀμμαλῶ (sic), ἑορτὴ ἀγομένη Διί. Hesych. Vid. Boeckh. Staatsh. II, 259.

Ἀμφῑρώ, ἡ, una de Oceani filiabus. Hes. Th. 360: ... Πειθώ ... Πρυμνώ ... Ἱππώ Ζευξώ ... Πλουτώ ... Μενεστώ ... Τελεστώ ... Καλυψώ ... Εὐδώρη τε Τύχη τε καὶ Ἀμφιρὼ Ὠκυρόη τε. Hoc nomen aliquid difficultatis habet. Goettlingius ex editione Iuntina, quae per errorem Ἀμφυρώ praebet, in prima editione, cum in Ἀμφυρώ ῡ longum sit propter verbum ἀναφύρειν, exitum versus sic fere emendari posse opinatur: Ἀμφυρὼ Κρυερή τε. Sed ipse in editione secunda hanc coniecturam tacite reprobavit, et cum G. Hermanno Opp. VI, 1, 173 formam nominis agnoscit interpretaturque *bifidam*. Contra Lobeckius Rhem. p. 327 nomen corruptum esse censet, *quippe cum eodem verbo iunctum, in quod* Ἀγχιρρόη Καλλιρρόη Ὠκυρρόη *exeant*. In media syllaba Crusius in Onomastico signum longitudinis posuit, quem errorem Papius in utramque suam editionem Onomastici transtulit.

Ἀνακώ, ἡ, matertera Isocratis oratoris. Plut. X Oratt. Vit. 4, tom. IX p. 334 Reisk. Biograph. ed. Westerm. p. 250: ἐτάφη δὲ μετὰ τῆς συγγενείας πλησίον Κυνοσάργους, ἐπὶ τοῦ λόφου ἐν ἀριστερᾷ αὐτός τε καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Θεόδωρος καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, ταύτης τ' ἀδελφή, τηθὶς τοῦ ῥήτορος, Ἀνακώ, καὶ ὁ ποιητὸς υἱὸς Ἀφαρεὺς καὶ δἀνεψιὸς αὐτοῦ Σωκράτης, μητρὸς Ἰσοκράτους ἀδελφῆς Ἀνακοῦς υἱὸς ὤν, ὅ τ' ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁμώνυμος τοῦ πατρὸς Θεοδώρου καὶ οἱ υἱωνοὶ αὐτοῦ, τοῦ ποιηθέντος αὐτῷ παῖδες Ἀφαρέως, ἥ τε γυνὴ Πλαθάνη, μήτηρ δὲ τοῦ ποιητοῦ Ἀφαρέως. Complures codices et editiones pro Ἀνακοῦς υἱὸς posteriore loco habent Ἀνακούσιος. paulo infra extrema vita p. 339 Reisk., p. 253 Westerm. iterum proqinqua Isocratis commemoratur, sed nomine depravato Νακοῖς: τῆς δὲ μητρὸς αὐτῶν Ἰσοκράτους καὶ Θεοδώρου καὶ τῆς ταύτης ἀδελφῆς Ἀνακοῦς εἰκόνες ἀνέκειντο ἐν ἀκροπόλει, ὧν ἡ τῆς μητρὸς παρὰ τὴν Ὑγίειαν νῦν κεῖται μετεπιγεγραμμένη, ἡ δὲ Ἀνακοῦς οὐ σώζεται· ἔσχε δὲ δύο υἱούς, Ἀλέξανδρον μὲν ἐκ Κοινοῦς, Οὐσικλέα (Σωσικλέα Turn. Vulc. Xyl. Westerm.; Θυσικλέα Salm.; Λυσικλέα Duebn.) δ' ἐκ Λυσίου. Hoc loco codices bis formam νακοῦς exhibent.

Conferri potest nomen Ἄνακος apud Papium, et appellativum ἄνακος pro ἄναξ, quod aeque heterocliton est atque φύλακος pro φύλαξ et Φύλακος. Cf. Koen. ad Greg. Cor. p. 592. Schol. Ven. Il. XXIV. 566. Philem. Lex. 269 p. 189. Similiter formatum est Γαλακώ.

Ἀναξώ, ἡ, nomen muliebre.

1. filia Alcaei et Hipponomes, uxor Electryonis, mater Alcmenes aliorumque liberorum. Apoll. II, 4, 5: ἐξ Ἀλκαίου καὶ Ἀστυδαμείας τῆς Πέλοπος, ὡς δὲ ἄλλοι πάλιν Ἱπποκόμης τῆς Μενοικέως Ἀμφιτρύων ἐγένετο καὶ θυγάτηρ Ἀναξώ; et paulo post Ἠλεκτρύων δὲ γήμας τὴν Ἀλκαίου θυγατέρα Ἀναξὼ ἐγέννησε θυγατέρα μὲν Ἀλκμήνην, παῖδα δὲ [Στρατοβάτην] Γοργοφόνον Φιλονόμον Κελαινέα Ἀμφίμαχον Λυσίνομον Χειρίμαχον Ἀνάκτορα Ἀρχέλαον; Tzetz. ad Lyc. 932: Ἠλεκτρύωνος βασιλεύοντος σὺν τῇ γυναικὶ Ἀναξοῖ τῶν Μυκηνῶν; Schol. Il. XIV, 323: Ἀλκμήνης τῆς Ἠλεκτρύονος, καὶ Ἀναξοῦς τῆς Ἀγκαίου (leg. Ἀλκαίου) ἠράσθη Ἀμφιτρύων. Eadem sed perperam scripta habet Arsenius p. 131: Ἀλκμήνης τῆς Ἠλεκτρυόνος καὶ Ἀμαξοῦς (leg. Ἀναξοῦς) τῆς Ἀναγκαίου (leg. Ἀλκαίου) ἠράσθη Ἀμφιτρύων.

2. mulier Troezenia a Theseo rapta. Plut. Thes. 29: καὶ γὰρ Ἀναξώ τινα Τροιζηνίαν ἁρπάσαι λέγεται (Θησεύς) coll. Athen. XIII, 557 B.: πρὸ δὲ τῆς Ἑλένης καὶ ἐκ Τροίας (leg. cum Meursio Τροιζηνίας) ἥρπασεν Ἀναξώ (Θησεύς).

3. filia Eubuli cuiusdam Syracusani. Theocr. II, 66 cum Schol.:

ἠνθ' ἁ τῶ Ἐυβούλοιο καναφόρος ἄμμιν Ἀναξὼ
ἄλσος ἐν Ἀρτέμιδος· τᾷ δὴ τόκα πόλλα μὲν ἄλλα
θηρία πομπεύεσκε περίσταδον, ἐν δὲ λέαινα.

4. anus, Cereris antistes, filia Epicratis, quae octoginta annos nata cum sorore gemina Cleno mortua est. Anth. Pal. VII, 733, Diotim. 6, Meinek. Delect. p. 56:

Αἱ νόμιμοι δύο γρῆες ὁμήλικες ἦμεν, Ἀναξὼ
καὶ Κληνώ, δίδυμοι παῖδες Ἐπικράτεος·
Κληνὼ μὲν Χαρίτων ἱερή, Δήμητρι δ' Ἀναξὼ
ἐν ζωῇ προπολεῦσ'· ἐννέα δ' ἠελίων
ὀγδωκοντάετις ἐπιλείπομεν ἐς τόδ' ἱκέσθαι
τῆς μοίρης· ἐτέων δ' οὐ φθόνος ἰσοσίη·
καὶ πόσιας καὶ τέκνα φιλήσαμεν· αἱ δὲ παλαιαί
πρῶθ' ἡμεῖς Ἀίδην πρηῦν ἀφικόμεθα.

5. falsa scriptura pro Ἀμαζών. Nonn. Dion. XXXIV, 158. Vid. Graef.

A verbo ἀνάσσω ἀνάξω praeterea deducuntur Ἀναξ Ἀναξις Ἀναξίας Ἀνάξιλλα et permulta composita qualeest Ἀναξίβια apud Papium. G. Herm. Opp. II. 209 Ἀναξώ est *Subiga*.

Ἀνᾶτώ, ἡ, Aristobuli filia, puella ministrans in templo Apollinis Amyclaei in Fourmont. inscriptt. spur. C. I. G. I, n. 44, 20 p. 68; Franz. Elem. Epigr. n. 36 p. 85: Ανατο Αριστοβουλου κουρα Χθον[ια] Πολυδορου ματεερ.

Nomen si sit Graecum non possit derivari nisi ab adiectivo ἄνᾱτος, *incolumis*. De formatione conferas Ἁβρώ Ἁγνώ Ἁφενώ Ἐραννώ al.

Ἀνδρώ, ἡ, nomen Amazonis et urbis.

1. una de Amazonibus Tzetz. Posthom. 179:

Ἔνθ' ἤτοι πέσεν Ἱπποθόη καὶ Ἀντιάνειρα·
Τοξοφόνη δ' ἐπὶ τῇσι θάνεν καὶ Τοξοάνασσα,
κάλη Γωρυτόεσσα καὶ Ἰοδόκη Φαρέτρη τε,
Ἀνδρώ Ἰξιόεια Βιοστροφή Ἀνδροδάιξα.

2. urbs Aegypti. Athanas. ad Antiochens. epist. 10, tom. I, 2 p. 619 ed. Bened. οἱ δὲ ἐπιστείλαντες ὅ, τε πάπας Ἀθανάσιος καὶ οἱ παρατυχόντες ... Θεόδωρος Ἀθρίβεως, Ἀνδρέας Ἀρσενοΐτου, Παφνούτιος Σάεως, Μάρκος Φίλων, Ζώιλος Ἀνδρώ, Μηνᾶς Ἀντίφρων. Editio Commel. habet Ἀνδρωμηνᾶς Ἀντίφρω. Dubites an diviso vocabulo Commelius verum habeat: Ζώιλος Ἀνδρώ, Μηνᾶς Ἀντιφρώ. Vid. Ἀντιφρώ. Ἀνδρώ et Ἀντιφρώ h. l. indeclinabilia sunt. De hac re in commentatione grammatica uberius tractabitur. Ab aliis urbs Ἀνδρῶν πόλις appellatur. Vid. Forbiger. Ant. Geogr. II, 779.

Ἀνθοδώ pro Ἀνθηδών habet ed. pr. Hieroclis Synecdemi a Car. a S. Paullo curata. Vid. Wesseling. ad Hierocl. p. 644.

ἀνθρωπώ, ἡ γυνὴ παρὰ Λάκωσιν. Hesych. Vid. interpretes.

Ἀνθώ, ἡ, Amulii Albanorum regis filia. Plut. Rom. 3: φωρᾶται δὲ (Ἰλία sive Ῥέα Σιλουία) μετ' οὐ πολὺν χρόνον κυοῦσα παρὰ τὸν καθεστῶτα ταῖς Ἑστιάσι νόμον. καὶ τὸ μὲν ἀνήκεστα μὴ παθεῖν αὐτήν, ἡ τοῦ βασιλέως θυγάτηρ Ἀνθὼ παρῃτήσατο δεηθεῖσα τοῦ πατρός. εἴρχθη δὲ καὶ δίαιταν εἶχεν ἀνεπίμικτον, ὅπως μὴ λάθῃ τεκοῦσα τὸν Ἀμούλιον.

Radix huius vocabuli videtur latere in ἄνθος, unde satis multa nomina exierunt, ut Ἄνθος Ἀνθεύς Ἄνθας Ἀνθέας Ἀνθίας Ἄνθις et alia apud Papium. Vid. Welcker. Syll. p. 110. Etiam in Latinis titulis ap. Orellium eius modi nomina leguntur ut *Anthus* n. 1893 et saepius; *Anthis* 4651; *Chrysanthus* 1931.

Ἀντῖνώ, ἡ, urbs Aegypti. Hierocl. Synecd. p. 730 Wessel. ἐπαρχία Ἀρκαδίας (in Aegypto) ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις θ' Κυνώ ... Ἀντινώ. Wesselingius addit l. c.: *Sic et Moschus in Prati Spirit. c.* 37 *et Rufinus in Vita Patrum c.* 12: *Vidimus et alium senem venerabilem, Eliam nomine, in finibus civitatis Antino, quae est metropolis Thebaidis.* Et idem ad Anton. Itin. p. 167: *Aegyptium morem sequitur Io. Moschus Prati Spirit. c.* 37 *urbemque Antino πόλιν Ἀντινώ appellat et qui eo meritis atque aetate praestantior est, Theodoretus lib. IV, H. E. c.* 18 Vales., IV, 15, tom. III, p. 977 Schulz., ubi haec leguntur: Εὐλόγιον δὲ, τὸν τῶν ἄλλων ἡγούμενον καὶ Πρωτογένην τὸν μετ' ἐκεῖνον, εἰς Ἀντινὼ τὴν Θηβαίων ἐξεπέμψεν. Ab aliis vocatur Ἀντινόου πόλις, veluti ab Ptolem. IV, 5 p. 107; Pallad. Hist. Laus. c. 85 et 87; Anton. Itin. p. 167 *Antinou;* ab Stephano Byzantio Ἀντινόεια. De terminatione urbium Aegyptiarum in ῶ exeuntium vid. Ἀγκυρώ.

Ἀντιφρώ, ἡ, urbs Marmaricae. Hierocl. Synecd. p. 734 Wessel: ἐπαρχία Λιβύης τῆς κάτω ὑπὸ ἡγεμόνα. πόλεις στ' ... Πιδόνια Ἀντιφρώ Λάρνις. Fortasse idem nomen invenitur apud Athanasium in epist. ad Antioch. 10. vid. Ἀνδρώ. Ab aliis vocatur Ἀντίφραι aut Ἀντίφρα vid. Forbiger. Ant. Geogr. II, 823. De formatione nominis vid. Ἀγκυρώ.

Ἀνώ, ἡ, nomen mulieris Iudaeae. LXX, Regg. III, 12, 24: Σουσακὶμ ἔδωκε τῷ Ἱεροβοὰμ τὴν Ἀνὼ ἀδελφὴν Θεκεμίνας τὴν πρεσβυτέραν τῆς γυναικὸς αὐτοῦ αὐτῷ εἰς γυναῖκα. αὕτη ἦν μεγάλη ἐν μέσῳ τῶν θυγατέρων τοῦ βασιλέως καὶ ἔτεκε τῷ Ἱεροβοὰμ τὸν Ἀβιὰ υἱὸν αὐτοῦ.

ἀπεστώ, ἡ ἀποδημία. Suid. vid. ἐστώ.

Ἀπλετώ, vid. v. Γιλλώ.

Ἀπολλῶ (sic), ὁ, duodecimus Aegyptiorum rex primae dynastiae. Georg. Sync. p. 33, 15: Αἰγυπτίων ιβ' ἐβασίλευσεν Ἀπολλῶ ἡμίθεος ἔτη κέ. Cod. Par. A. habet ἀπολῶ, lectio Goari Ἀπολλῶ. G. Dindorfius edidit Ἀπόλλων, pro quo restituendum esse Ἀπολλῶ dicit in Add. et p. 145 in not., ubi nomina confert Μανεθῶ et Φαραῶ. Item C. Mueller fragm. Hist. vol. II, p. 531 a. Sed haec et eiusmodi alia nomina etiam ὀξυτόνως scribuntur.

Ἀπφώ. ὃ σημαίνει τοῦ ἀποκρύφου ἢ τοῦ ἀποκρυβέντος. Ἐλισσαῖος ὁ προφήτης φησί· ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς Ἡλιοῦ Ἀπφώ; ἐπάταξε γὰρ τὰ ὕδατα τῇ τοῦ Ἡλιοῦ μηλωτῇ καὶ οὐ διῃρέθη. Suid. vid. interpretes. Singularis et propria est interpretatio Athanasii *De communi essentia Patris etc.* vol. II p. 5 ed. Bened.: ποῦ ὁ θεὸς ἀφφώ; ἀφφὼ δὲ ἑρμη-

νεύεται ἄμφω, τουτέστι τὸ πνεῦμα τὸ διπλοῦν. ποῦ οὖν ὁ θεὸς ἀμφώ, ἀντὶ τοῦ τὸ πνεῦμα διπλοῦν.

Ἀργώ, ἡ, nomen navis, sideris et canis.

1. fabulosa illa navis, in qua Iason cum heroibus Thessalis Colchos navigavit. Etym. M. 119, 35 scribitur τὴν Ἀργῶ et eodem accentu edi iubet Sylburg. ad 646, 40. item edidit G. Dindorf. ap. Georg. Sync. Chron. vol. I, 296, 12 invito codice praestantissimo Paris. B, qui exhibet ἀργώ. Apud Suidam v. Ἀργοναῦται habet cod. C Ἀργῶ pro Ἀργοῖ et post Ἄργουσα habet A τῇ Ἀργοῶι δοτικῇ.

Ἰησονίς Arat. Phaen. 348. Ἰασονίη Theocr. XXII, 31; Μαγνήσση ib. 79; Πηλιάς Ap. Rh. I, 386; πασιμέλουσα Hom. Od. XII, 70, Schol. ad h. l. 69. 70 et Eust. p. 1713, 40.

Eius carina loquebatur. Erat. Cat. 35 φωνήεσσα; Lucian. Gall. 2 et Schol. ἡ τῆς Ἀργοῦς ἐλάλησεν; eius Salt. 52: τὴν Ἀργώ, τὴν λάλον αὐτῆς τρόπιν; Orph. Arg. 707 λάλος τρόπις; 487 πολυηγόρος Ἀργώ; 242 εὔλαλον Ἀργώ; 264. 1154 νηὸς ἐπιβρομέουσα φηγός; Letronn. Inscr. t. II, n. 338, 8. C. I. G. III, n. 4721 λάλον Ἀργώ; Stat. Theb. V, 615 *et Argo Sueta loqui;* Meyeri Anth. I, 655, 2: *fatiloquamque ratem.*

Veteres grammatici huius vocabuli explicandi quadruplicem viam inierunt. Alii ab navis aedificatore Argo appellationem fieri putant ap. Diod. Sic. IV, 41: τὴν δὲ ναῦν Ἀργὼ προσαγορευθῆναι κατὰ μέν τινας τῶν μυθολογράφων ἀπὸ τοῦ σκάφος ἀρχιτεκτονήσαντος Ἄργου. Apoll. Rh. I, 19. 111; II, 1188; Pherec. (fr. 61) ap. Schol. Ap. Rh. I, 4; Schol. Pind. Ol. XIII, 77; Zenob. IV, 92; Etym. M. 136, 31; Hyg. Poet. Astr. II, 37; Mythogr. Vatic. I, 24. *Argus quidam fecit navem, a suo nomine quae dicta est Argo.* Vide Schwartz. ad Germ. Arat. 345. Sunt autem, qui aedificatorem Danaum nominent. Schol. Apoll. Rh. I, 4; ἄλλοι δὲ λέγουσι Δάναον διωκόμενον ὑπὸ Αἰγύπτου πρῶτον κατασκευάσαι· ὅθεν καὶ Δαναΐς ἐκλήθη; Myth. Vatic. I, 134: *Danaus ... Argos profectus est et primus dicitur navem fecisse, a cuius nomine Argo dicta est navis.* Schol. ad Germ. Arat. 343: *dicitur Minerva navim fecisse, quae Argos* (sic) *appellata est, cum qua Danaus ex Aphrica Argos profugit.* Hoc si est vox Aegyptia esse videtur.

Alii nomen ducunt ab Argis urbe, ubi navis aedificata sit. Etym. M. l. c. (Ἀργὼ εἴρηται) ὅτι ἐν Ἄργει τῇ πόλει κατεσκευάσθη, ὡς Ἡγή[σιππος] (Ἡγήσανδρος Eudoc. p. 79) ἱστορεῖ: quam etymologiam etiam Cicero sequi videtur Tusc. Quaest. I, 20, 45: *est nominata Argo, quia Argivi in ea* erant.

Alii repetunt nomen ab adiectivo ἀργός, *celer.* Diod. Sic. l. c. ὡς δὲ ἔνιοι λέγουσιν ἀπὸ τῆς περὶ τὸ τάχος ὑπερβολῆς, ὡς ἂν τῶν ἀρχαίων ἀργὸν τὸ ταχὺ προσαγορευόντων. Eust. l. c. Etym. M. l. c. Hyg. Poet. Astr. II, 37: *Hanc* (Argo) *nonnulli propter celeritatem Argo dixerunt graece appellatam. Alii, quod Argus fuerit inventor.* Prob. ad Virg. Ecl. IV, 34: *Argo a celeritate dicta est. Sic et Homerus, qui* κύνας ἀργούς celeres *dicit. Inde* arguti, *qui multum ac celeriter loquuntur, ut arguta hirundo.* Adiectivum ἀργός veteres interpretantur *celer.* Sed primitiva vis huius vocis est *micans.* Quomodo *micandi* significatio cognata sit cum *celeritate* praeeunte Hermanno De Hist. Gr. Primordiis 9, Opp. II, 201 sq. Nitzschius ad Hom. Od. II, 11 probabiliter ostendit.

Alii denique navem nomen suum traxisse putant ab arbore quadam ἀργώ nominata. Vid. ἀργώ n. 4.

Adiectivum derivativum est Ἀργῷος, ῴα, ῷον. σκάφος Eur. Med. 877; τρόπις Anth. Pal. VII, 637, 6; λιμήν Apoll. Rh. IV, 1620, Strab. V p. 224, Timaei fr. 6 Mueller., Lycophr. 803, *Argoae puppis* Germ. Arat. 344.

2. Argo navis beneficio Minerae inter sidera relata. Erat. Cat. 35: *Αὕτη (Ἀργὼ) διὰ τὴν Ἀθηνᾶν ἐν τοῖς ἄστροις εἰσήχθη. πρώτη γὰρ αὕτη ναῦς κατεσκευάσθη καὶ ἀχῆθεν ἐτεκτονήθη· φωνήεσσα δὲ γενομένη, πρώτη τὸ πέλαγος διεῖλεν ἄβατον ὄν, ἵν' ᾖ τοῖς ἐπιγινομένοις παράδειγμα σαφέστερον. εἰς δὲ τὰ ἄστρα ὑπετέθη τὸ εἴδωλον οὐχ ὅλον αὐτῆς, οἱ δ' οἰακές εἰσιν ἕως τοῦ ἱστοῦ σὺν τοῖς πηδαλίοις, ὅπως ὁρῶντες οἱ τῇ ναυτιλίᾳ χρώμενοι, θαρρῶσιν ἐπὶ τῇ ἐργασίᾳ, αὐτῆς τε ἡ δόξα ἀγήρατος διαμείνῃ, οὔσης ἐν τοῖς θεοῖς. ἔχει δὲ ἀστέρας ἐπὶ πρύμνης δ'. ἐφ' ἑνὶ πηδαλίῳ ε. καὶ ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ δ'. ἐπὶ στολίδος στολίδος ἄκρας γ'. ἐπὶ καταστρώματι ε. ὑπὸ τρόπων σ'. παραπλησίους ἀλλήλοις. τοὺς πάντας κζ'.* Arat. Phaen. 342 sqq. cum Schol. et Theon. coll. Cic. Arat. 126 sqq. Germ. Arat. 343 sqq. cum Schol. Hyg. Poet. Astr. II, 37.

3. canis Actaeonis. Hygin. fab. CLXXXI. *alii auctores tradunt haec nomina* (canum) ... *Argo* ... *Gorgo, Cyllo* (Aëllo?) ...

4. ἀργώ, εἶδος φυτοῦ, ἀφ' οὗ ἡ Ἄργων (leg. Ἀργώ) ναῦς. Hesych. Vid. interpretes. Schol. Oppian. Cyn. I, 28: *Ἀργὼ λέγεται ἡ ναῦς καὶ εἶδος φυτοῦ, οὗ ἐκατεσκευάσθη (ἐκ κατεσκευάσθη) ἡ πεντηκόντερος, ἣ λέγεται καὶ εἰκόσορος.*

Ἀρδώ, ἡ, nomen mulieris in basi reperta in vico Olubunar in Isauria. C. I. G. III, n. 4391: *Αὐρ. Ἀρδὼ Κυρίλλας μν(ήμης) χά(ριν).*

Apud Papium inveniuntur Ἀρδιαῖος, tyrannus Pamphyliae, et Ἄρδυς, filius Gygis, regis Lydiae, et quidam dux Antiochi. His Asiaticis nominibus videtur Ἀρδώ cognatum esse.

Ἀρετώ, ἡ, nomen mulieris in lapide in Peloponneso reperto, in quo Dianae Ilithyiae, ut Boeckhio videtur, mater ob puellam recens natam vota solvit. C. I. G. I, n. 1560.

1559.	1560.
Δαμόκλεια	Δαμόκλεια
Ἱκέτι	Ἀρετοῖ.

Boeckhius addit: *Quamquam ne dativi quidem rationem intelligo, cuius quaecunque hic erit vis, videntur tamen dativis illis contineri nomina puellarum recens natarum, ob quas mater vota solverit Ilithyiae.* Cf. Franz. El. Ep. p. 332.

De etymologia et significatione respicienda sunt nomina Ἀρέτων Ἀρετή sive Ἀρετά Ἀρεταῖος Ἄρετις Ἀρετάων Ἀρεταφίλα, quae omnia reducenda sunt ad radicem, quae apparet in ἀρετή.

ἀρηβώ, cassiae species. Galen. de Antid. I, 14 p. 72, t. XIV, quam vocem Lobeckius Rhem. p. 323 n. 6, barbaris annumerat.

ἀρηγώ et ἀρηγών Lobeckius Rhem. p. 324 commemorat et lectores ad suam Aiacis editionem (2.) p. 166 sq. revocat, sed ibi solum docetur, ἀρηγών et masculinum et femininum esse.

Ἀριστώ, ἡ, nomen muliebre.

1. aeditua Dianae, cui basim cum inscriptione dedicaverat. Anth. Pal. VI, 269, 3, Meinek. Del. p. 225, qui primus codicis Palatini scripturam (ἀρίστα) Ἀρίστα pro Ἀριστώ, revocavit ut omnes ante

eum Bentleium Ἀριστώ scribentem secuti ediderunt; Sapph. fr. 118 (137) Bergk.

Παῖδες, ἄφωνος ἐοῖσα τότ' ἐννέπω, αἴ τις ἔρηται,
φώναν ἀκαμάταν κατθεμένα πρὸ ποδῶν·
Αἰθοπίᾳ με κόρᾳ Λατοῦς ἀνέθηκεν Ἀρίστα,
ἁ Ἑρμοκλεΐδα τῶ Σαϋλαϊάδα,
σὰ πρόπολος, δέσποινα γυναικῶν· ᾗ σὺ χαρεῖσα
πρόφρων ἁμετέραν εὐκλέισον γενεάν.

2. pantomima quae personam Nauplii speculatoris tam festive gessit, ut poetae animus amore eius incenderetur. Anth. Pal. IX, 429, Crinag. 2.

Τὸν σκοπὸν Εὐβοίης ἁλικύμονος ἧσεν Ἀριστώ,
Ναύπλιον· ἐκμολπῆς δ' ὁ θρασὺς ἐφλεγόμην.
ὁ ψεύστης δ' ὑπὸ νύκτα Καφηρείης ἀπὸ πέτρης
πυρσὸς ἐμὴν μετέβη δύσμορος ἐς κραδίην.

Cod. Pal. habet *ἀρίστωι*. Geistius, qui Crinagorae epigrammata a. 1849 edidit et hos versus p. 9 sqq. tractat, primis post Chr. n. saeculis mulieres in scenam prodisse negat. Hinc et codicis scriptura, in qua *τ* finalis nihil aliud sit nisi dimidiata *ν̄*, ductus *Ἀρίστων* scripsit: quae coniectura Baehrio in Annalibus Heidelb. a. 1849, 3, p. 384 et Stollio in Ephemerid. antiq. litt. Marpurg. a. 1850, 35, p. 277 probatur. Propter vocem *ἧσεν* et amorem, quo speculator incendebatur, coniectura admodum dubia videtur.

3. una de quattuor Aristodici filiabus, quae partus enixae perierunt. Anth. Pal. VII, 463, Leonid. Tar. 85, Meinek. Del. p. 46:

Αὕτα Τιμόκλει', αὕτα Φιλώ, αὕτα Ἀριστώ,
αὕτα Τιμαιθώ, παῖδες Ἀριστοδίκου,
πᾶσαι ὑπ' ὠδῖνος πεφονευμέναι· αἷς ἔπι τοῦτο
σᾶμα πατὴρ στάσας κάιθαν' Ἀριστόδικος.

4. nomen mulieris, quae in Attico titulo C. I. G. I, n. 155, 59 mulieribus Dianae vestimenta dedicantibus adnumeratur: *Ἀριστώ, κατάσ[τικτον ... ἐν ὀθονίῳ.* Quae columnae pars superest pertinet ad Ol. 108. Vid. *Θεανώ* n. 12.

5. nomen mulieris in inscriptione Boeotica, in qua donaria deo Amphiarao oblata recensentur, quae quisque dedicarit. C. I. G. I, n. 1570 col. *b*, 44: *Ἀριστοῦς* ⊢ ⊢ ⊢ ⊢; γ. 48: *Ἀριστοῦς χρυσοῖ δύο.* Priore loco Osannus Syll. I, 74 falso edidit *Ὠαρίστους*.

6. nomen mulieris in inscriptione Delphica. C. I. G. I, n. 1709 b, 4: *ἀπέδοτο Χρύσιππος Λαμάχου Σ- - [τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ σῶ]μα ἀνδρεῖον οἰκογενές ᾧ ὄνομα Λυσ[ίμαχος συνευδοκεόντων αὐ]τῷ Ἀριστοῦς τε τᾶς Ἁγίωνος καὶ τῶν ὑῶν αὐτᾶς Ἁγίω-[νος] ...*

7. nomen servae in inscriptione Delphica. Curt. Inscr. Delph. n. XXXIV, 7. 9. *ἀπέδοτο Ξενοχάρης Πολυξένου συνευδοκεόντων καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ Πολυξένου, Ἀρίστωνος τῷ Ἀπόλλωνι ... σῶμα γυναισεῖον, ᾗ ὄ[νο]μ[α] Ἀριστὼ τὸ γένος ἐνδογενῆ ...*

8. nomen mulieris in epitaphio Ambraciae reperto. C. I. G. II, n. 1803: *Ἀριστοῖ Νικάρχου.*

9. nomen mulieris Cretensis in inscriptione prope Citium in Cypro reperta. C. I. G. II. n. 2621, 3: *Μελαγκόμαν Φιλοδάμου Αἰτωλόν, τ[ὸ]ν γενόμενον ‖ ἐπὶ τῆς πόλεως ἡγεμόνα καὶ ἱππάρχην ‖ ἐπ' ἀνδρῶν καὶ ἱερέα θεῶν Εὐεργετῶν, Ἀριστὼ ‖ Λίωνος Κρῆσσα, τὸν πατέρα τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ‖ Μελαγκόμου τοῦ ἐπὶ τῆς πόλεως, καὶ τὰ τούτων ‖ παιδία.*

Haec inscriptio iudice Boeckhio pertinet ad aetatem Euergetae II. Animadverte nomina *Ἀγαθώ Ἀμεινώ Ἀριστώ.*

Ἀρνώ, ἡ, nutrix Neptuni, teste Heigelino in Paul. Encycl. h. v. Provocat ille ad

Tzetz. Lyc. 644, sed ibi in ed. Mueller. sine variante scriptura legitur Ἄρνη.

Ἀρτεμώ, ἡ, nomen mulieris.

1. in titulo sepulcrali Athenis reperto. C. I. G. I, n. 696: Ἀρτεμὼ [*T.*] *Φλ.* Ἀττικοῦ, ‖ *Μειλησία.*

Pro *T.* in lapide scriptum est *I.*

2. in lapide prope Teon reperto. C. I. G. II, n. 3122: *Τρύφων Ἀπολλω‖νίου ζῶν κατεσκεύ‖ασεν τὴν καμάραν ‖ ἑαυτῷ καὶ τῇ συνβί‖ῳ Ἀρτεμοῖ Διοδώ‖ρου καὶ τοῖς τέκ‖νοις. ‖ Διόδωρε χρηστέ ‖ χαῖρε.*

3. in titulo Smyrnaeo. C. I. G. II, n. 3141, 45: *Smyrnae,* inquit Boeckhius p. 703 a, *moris fuisse videtur, ut qui pecunias vel alia polliciti essent et contulissent in opus aliquod publicum perficiendum, eorum nomina in tabula perscriberentur.* Ex hoc genere est etiam hic titulus.

Πολύκριτος Εὐγείτου καὶ ὑπὲρ τοῦ ‖ πατρὸς Εὐγείτου τοῦ Εὐγείτου τοῦ νεωτέρου ‖ καὶ ὑπὲρ τῆς μητρὸς Ἀρτεμοῦς τῆς Λέοντος ‖ καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ Λέοντος τοῦ Εὐγείτου ῾ρ.

4. in titulo Smyrnaeo. C. I. G. II, n. 3223: *Ὁ δῆμος Ἀρτεμοῦν Ἀπολλωνίου, Ἱκεσίου δὲ γυναῖκα.*

5. in titulo Smyrnaeo. C. I. G. II, n. 3300: *Διονύσιος Ἱέρωνος τοῦ Ἀρισταγόρου ἑαυτῷ καὶ τῷ ‖ πατρὶ Ἱέρωνι Ἀρισταγόρου [τοῦ] Διονυσί[ου] καὶ τῇ μητρὶ ‖ Ναννίῳ Εἰσαγόρου Ἀρτεμοῖ καὶ τοῖς ἰδίοις.*

Boeckhius animadvertit, Ἀρτεμώ agnomen Nannii esse: quod agnomen post patris nomen saepissime, inprimis in titulis Smyrnaeis poni.

Nomen ab Ἄρτεμις formatum est. cf. Ἀθηνώ Ἀφροδιτώ Ἀφροδώ. Eiusdem ortus sunt Ἀτέμων Ἀρτέμιον Ἀρτέμιος Ἀρτεμίδωρος Ἀρτεμιδώρα. Sed ipsum nomen Ἄρτεμις quid significet incertum est. Qui id ex Graeca lingua explicant, cum *ἀρτεμής incolumis* cognatum esse putant. Movers. Phoeniz. I, 624 ex oriente deducit. initium vocabuli *ar, art* in Persica lingua aliisque cognatis linguis ait significare *ignem.*

Ἀρχιῷ (sic), ἡ, nomen mulieris.

1. in titulo sepulcrali Meli insulae. Ross. I. G. I. III, n. 228: *Ἀρχιῷ Ἀγαθοκλέος.* Hic titulus restitutus est ab Ahrensio in Schneidewini Philol. I, 1, p. 183 probante Schneidewino in *Goetting. Gelehrt. Anzeig.* a. 1847, n. 71 p. 717. Rossius edidit *Ἀρχίῳ,* ut esset dativus nominis ignoti Ἄρχιος. Nomen Ἀρχιώ tuetur paronymo *Ἀρχίων* apud Papium. De Iota subscripto vid. Ἀθηνῷ n. 2.

2. idem nomen videtur fuisse in inscriptione reperta in muro fontis Astypalaeae insulae apud Ross. I. G. I. II, n. 156, cuius inscriptionis postrema tantum particula restat: — *ΙΙΩ ΚΟΡΗΙ* i. e. — *ιῶ Κόρῃ.* Elementum quod ante exitum *τω* apparet dimidia pars *X* litterae videtur esse.

Ἀρχώ, ἡ, nomen mulieris.

1. in inscriptione Boeotica. C. I. G. I, n. 1570 col. b, 7 (vid. Ἀριστώ n. 5.) *Ἀρχὼ Καρυστία φιάλην, ὁλκὴ Δ Δ Δ ⊢ ⊢.*

2. in inscriptione Delphica. C. I. G. I, n. 1707, 4. 5. *ἀπέδοτο Δικαία, συνευδοκεόντων καὶ τῶν υἱῶν αὐτᾶς Δωροθέου καὶ Ἀριστομάχου τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ σῶμα γυναικεῖον, ᾧ ὄνομα ΑΡ..Ω. τὸ γένος οἰκογενὲς ... καθὼς ἐπίστευσε Ἀρχὼ τῷ θεῷ τὰν ὠνάν, ἐφ᾽ ᾧτε ἐλευθέραν εἶμεν ...*

3. in titulo Tithorensi. Curt. Anecd. Delph. pp. 20. 34. Ulrichs. in N. Rh. Mus. 2, p. 554. n. II, 7: *οἱ δεῖνες ἀπέδοντο σῶμα ἀνδρεῖον, ᾧ ὄνομα Σώτιμος, τὸν υἱὸν Ἀρχοῦς.*

4. in inscriptione Delphica. Curt. Inscr. Delph. n. XXVII, 3: *ἀπέδοντο Ξενοκράτης Εὐξιθέου καὶ Ἀρχὼ Ἀρχιδάμου Χαραδραῖοι τῷ Ἀπόλλωνι ... σῶμα γυναικεῖον ᾧ ὄνομα Καλλιόπα ...*

5. in inscriptione Delphica. Curt. I. D. n. XXVIII, 4: *ἀπέδοτο Ἀρχὼ Σωκράτεος Ἐριναία τῷ Ἀπόλλωνι ... σώματα γυναικεῖα τρία ...*

6. in cippo Attico. Ross. Demen. n. 159: *Ἀρχὼ Πυθοκλέους Πτελεασίου θυγάτηρ, Μικάλου Κηφισιέως γυνή.*

Paronymon est *Ἄρχων*. Ab radice *ἄρχω* pauca nomina simplicia, ut *Ἄρχων Ἀρχωνίδης Ἄρχης Ἀρχίας Ἀρχίων*, sed permulta composita deducuntur. Vid. Papii Onomast.

Ἀσαβώ, mons et promontorium Arabiae, teste C. L. Grotefendio in Paul. Encycl. h. v. Sed ap. Ptol. VI, 7, p. 177, 178 bis Bert. 404. 406. 407 Wilb. legitur *Ἀσαβῶν* et primo tantum loco habent cod. Pal. 2 et edd. Erasm. Wechel. Montan. *Ἀσαβῶ*.

Ἀσελδώ, ἡ, urbs Palaestinae. LXX, Ios. XI, 22: *καὶ ἐν Ἀσελδὼ κατελείφθη.*

Ἀσπώ, ἡ, nomen mulieris in inscriptione sepulcrali Meli insulae. Ross. I. G. I. III, n. 235: *Μελιτία, Ἀσπὼ νέα.* Rossius suspicatur, nomina harum muliercularum esse matris et filiae. Videtur formatum ab *ἀσπίς*, ut *Βαυκίς Βαυκώ, Βιττίς Βιττώ, Ἀθηνίς Ἀθηνώ*, et alia.

Ἀσσώ, ἡ, urbs mediterranea in Bastinis. Ptol. II, 6 p. 47 Bert. p. 128 Wilb. In duobus libris legitur *Ἀσσῶ*.

Ἀσφαλτώ, ἡ, nomen mulieris ex Hermanni coniectura, quam reiecit Boeckhius C. I. G. I, n. 24 coll. Add. p. 884 b:

Ἄρτεμι, σοὶ τόδ' ἄγαλμ' ἱερῆσ' ὠδῖ[σιν ἀμοιβήν]
Ἀσφαλίω μήτηρ Φέρσις [Ἔρ]ω θ[υ]γάτηρ.

Boeckhius hoc epigramma sic interpretatur: *Asphalii mater Phersis, Eri filia, dicat hoc donarium pro partu, quo enixa erat Asphalium ... Hermannus scribit Ἀσφαλ[τ]ώ: matrem et filiam, quae simul peperint, dicasse hoc donarium: quod sine ulla fingitur causa.* Cf. Welcker. Syll. n. 120 (22), Franz. El. Ep. p. 51.

Ἀσώ, ἡ, regina Aethiopiae. Plut. De Iside c. 13. tom. VII, 404 Reisk. *Τυφῶνα ... ἐπανελθόντι (Ὀσίριδι) δόλον μηχανᾶσθαι ... καὶ συνεργὸν ἔχοντα βασίλισσαν ἐξ Αἰθιοπίας παροῦσαν, ἣν ὀνομάζουσιν Ἀσώ.* coll. c. 39. Aliunde non nota. Iablonsk. Panth. V, 3 p. 126 Aso et Thuerim componit. Vide Parthey. Plut. *Ueber Isis und Osiris.* Berol. 1850. p. 194. *Ἄσσης* vel *Ἄσσις* rex Aegypti commemoratur ap. Maneth. fr. 42. Mueller. vol. II, p. 566 a.

Ἀσωπώ, ἡ, una de septem Musis Epicharmo auctore. Tzetz. ad Hes. Opp. 1 coll. Eudoc. p. 294, fragment. de Musis ap. Iriart. Catal. Bibl. Matrit. p. 320 et ap. Cram. AO, IV, 425, 4: *Ἐπίχαρμος δὲ ζ' λέγει (Μούσας) θυγατέρας Πιέρου* (vid. *Ἐρατώ* n. 6.) *καὶ Πιμπλιάδος (Πιμπληίδος* Tzetz. et Eudoc.) *νύμφης· Νειλοῦν (Νϊοιλοῦν* ap. Iriart.) *Τριτώνην Ἀσωποῦν Ἑπταπόρην (Ἑπταπόλην* Tzetz. et Eudoc.) *Ἀχελωΐδα Τιτόπλουν (Τιπόπλουν* Tzetz. et Eudoc.) *καὶ Ῥοδίαν (Ῥοσίαν* ap. Iriart.)

Omnia haec nomina a fluminibus repetita esse manifestum est. Nescio ad quem alium amnem *Τιτόπλουν* pertinere dicam, nisi ad fluvium Galliae Lugdunensis, qui a Ptolemaeo II, 8 *Τίτος* vocatur: quod nomen pro vulgato *Τῆτος* Wilbergius ex codicibus recepit. G. Hermannus De Musis fluvialibus 4, Opp. II, 290 coniecit *Πακτωλοῦν*. Nomen *Ἀσωπώ* deducendum est ab *Ἀσωπός*, quod Hermannus l. c. p.

204 convertit *Lulatius*, quasi ab ἄση i. e. ἄσις et ὤψ ortum id esse dicas.

Ἀταρπώ, ἡ, una de Parcis. Schol. ad Odyss. VII, 197 in cod. Pal. ab eadem qua textus manu scriptum: *Μοῖραι ἐπεισάγουσι τῷ ἀνθρώπῳ ἡ Λάχεσι* (sic) *ἡ Κλωθώ ἡ Ἀταρπώ.*

Αὐγώ, ἡ, nomen canis. Xen. de Venat. VII, 5. *τὰ δ' ὀνόματα αὐταῖς (κυσὶ) τίθεσθαι βραχέα, ἵνα εὐανάκλητα ᾖ. εἶναι δὲ χρὴ τοιάδε· Ψυχή Θυμός ... Αὐγώ Πολύς Βία ...* Sine dubio deducendum nomen est ab *αὐγή* (*αὐγέω*) *splendor.*

αὔδω, ἡ, Aeolice pro *αὐδή*. Sapph. fr. I, 6: *ἀλλὰ τυῖδ' ἔλθ', αἴ ποτα κἀτέρωτα ‖ τᾶς ἔμας αὔδως ἀίοισα πήλυι ‖ ἔκλυες.*

Codd. habent *αἰδῶς, αὐδῶς, αὐδώς, αὐδάς*, unus liber, ut Bergkius Poet. Lyr. p. 598 affirmat, *αὔδως*, quod ipse recepit et Lobeckius Rhem. p. 319 agnoscit. Neuius scripsit *αὐδῶς* assentiente Bernhardyio Synt. p. 334. Hermannus Opp. VI, 1, 103 cum Blomfieldio probat *αὐδᾶς*, illud *αὔδω* esse ait contra analogiam formatum, cum eiusmodi substantiva repetantur a verbis barytonis. Sed conferas (*θηλέω*) *θηλή θηλώ*; (*δοκέω*) *δοκή δοκώ*; (*ληκάω ληκέω*) *ληκώ*; (*αὐγέω*) *αὐγή Αὐγώ*; (*μορφάω*) *μορφή Μορφώ*; ergo (*αὐδάω*) *αὐδή αὐδώ* sive Aeolice *αὔδω*.

Αὐξώ, ἡ, nomen muliebre.

1. una de Gratiis apud Athenienses. Paus. IX, 35, 2: *τιμῶσι γὰρ ἐκ παλαιοῦ καὶ Ἀθηναῖοι Χάριτας, Αὐξὼ καὶ Ἡγεμόνην· τὸ γὰρ τῆς Καρποῦς ἐστιν οὐ Χάριτος, ἀλλὰ Ὥρας ὄνομα· τῇ δὲ ἑτέρᾳ τῶν Ὡρῶν νέμουσιν ὁμοῦ τῇ Πανδρόσῳ τιμὰς οἱ Ἀθηναῖοι, Θαλλὼ τὴν θεὸν ὀνομάζοντες.* Clemens Al. Protrept. II, 26: *ὥσπερ ἀμέλει καὶ Ἐπιμενίδης ὁ πολαιός, Ὕβρεως καὶ Ἀναιδείας Ἀθήνησιν ἀναστήσας βωμούς· οἱ δὲ ἐξ αὐτῶν ὁρμώμενοι τῶν πραγμάτων ἐκθεοῦνται τοῖς ἀνθρώποις καὶ σωματικῶς ἀναπλάττονται· Δίκη τις καὶ Κλωθὼ καὶ Λάχεσις καὶ Ἄτροπος καὶ Εἱμαρμένη, Αὐξώ τε καὶ Θαλλώ, αἱ Ἀττικαί.*

In iuramento iuvenes Athenienses eam, ut iuventutis praesidem, invocabant. Pollux VIII, 9, 106: *ἵστορες θεοὶ Ἄγραυλος, Ἐνυάλιος Ἄρης* (cf. Meier. in Ross. Att. Dem. p. VII.), *Ζεύς, Θαλλώ, Αὐξώ, Ἡγεμόνη*, ubi antea legebatur *Αὔξω*. Vid. interpretes. Idem nomen in Suidae glossa: *Αὔξω, αἰτιατική* Kuehnius ad Poll. l. c. latere suspicatur, quamobrem emendat *Αὐξώ, αἰτιατική*. Vid. Bernhard. ad Suid. l. c.

2. una de Horis. Hygin. fab. CLXXXIII: *Horarum nomina haec sunt Iovis Saturni filii et Themidis filiae Titanaide Auxo Eunomia Pherusa Caria Odice Euporie Irene Ortesie Thallo.*

Paronymum est *Αὔξων*, amicus Severi Antiocheni Archiepiscopi. Bibl. Coisl. pp. 44. 55.

Ἀφενώ (sic), ἡ, nomen mulieris.

1. in sepulcrali inscriptione Cyrenaica. C. I. G. III, n. 5163 c: *Ἀφενώ. Πελέα.*

2. ib. f: *Ἀφενώ. Ιμμ - -*

Formatum videtur nomen ab *ἄφενος*, *abundantia*. De Iota subscripto vid. *Ἀθηνά*.

Ἀφροδιτώ, ἡ, urbs Aegypti. Hierocl. Synecd. p. 730 Wesseling. Eiusdem mentionem facit Antoninus in Itinerario p. 172. 174, quo utroque loco Partheyius et Pinderus ex codicibus scripserunt *Afrodito*. Wesselingius p. 168 tertium auctorem nominat: *fuit haec urbs*, inquit, *in orientali parte insulae Heracleoticae, Hieronymus in Vita Hilarionis* Aphroditon, *nisi si error sit, quod paene*

arbitrer, appellat: Inde egrediens post triduum venit ad oppidum Aphrodilon. Sed accusativus nominum in ῶ exeuntium apud posteriores Latinos scriptores raro in *on* cadunt, ut *Heron*, vid. Ἡρώ n. 4 et *Argon*, quam formam C. Barthius ap. Statium Theb. V, 615 *ex Optimo aliisque codicibus* recipere volebat. A Ptolemaeo IV, 5 p. 121 Bert. 287 Wilb. vocatur illa urbs Ἀφροδίτης πόλις, item, ut videtur, a Stephano Byzantio.

Ἀφροδώ, ἡ, nomen mulieris.

1. in inscriptione Spartana. C. I. G. I, n. 1386, 7: Ἡ πόλις‖Μ. Αὐρ. Παλαιστρείτην,‖σφαιρέα, Κυνοουρέα,‖σωφροσύνης τε καὶ‖ἀνδρείας ἕνεκα, προσ‖δεξαμένων τὸ ἀνάλω‖μα Αὐρηλίων Ἀφροδῶς‖καὶ Σωτείρας τῶν‖ἀδελφῶν αὐτοῦ.

2. in cippo insulae Rhenaeae, ubi Deliorum quoque et eorum, qui in Delo insula habitabant, sepulcra fuerunt. C. I. G. II, Add. n. 2322b[85]): Ὀνησᾶς Ἐπαφροδίτου. Ἀφροδῶ Ζωπύρου.

3. in cippo Tegeatico. Ross. I. G. I. I, n. 5: Ἀφροδῶ χαῖ[ρε]. Φειλοδέσποτ[ε] χαῖρε. De vocativo Ἀφροδώ vid. Ἐρατώ n. 1.

4. in titulo Smyrnaeo. C. I. G. II, n. 3141:

Ὁ δεῖνα καὶ ὑπὲρ τοῦ] ἀδελφοῦ Διονυσικλείους καὶ τῆς ΓΥΝΑΙΚΟΣ ΑΦ .... ΤΗΣΛΕΤΚ ... [ἵππου].

Elementa quae restant, restitui possunt litteris ροδοῦς aut quae etiam accuratius lacunam explent ροῦς.

Ἀφρώ, ἡ, i. q. Ἀφροδίτη. Nicandr. Alex. 406: ἄλλοτε δὲ σμυρνεῖον ἐύτριβες, ἄλλοτε δ' αὐτήν‖ἴριδα λειριόεν τε κάρη, τό τ' ἀπέστυγεν Ἀφρώ.

Schol. ad h. l. Ἀφρὼ ἡ Ἀφροδίτη ἢ ἀφρογενὴς ὑποκοριστικῶς. Idem fere Porphyr. schol. in Dionys. Thr. Gr. ap. Bekk. GA, II, 857: τῶν δὲ θηλυκῶν τύποι τρεῖς, ὁ εἰς ῶ, οἷον Ὑψώ Ὑψιπύλη Εἰδώ Εἰδοθέα καὶ Ἀφρώ ἡ Ἀφροδίτη. Quod de eiusmodi deminutivis traditur prorsus reiicitur a Lobeckio Rhem. p. 317 sq., ubi ille docet haec nomina a primitivis deducta esse Ὑψώ ab ὕψος, Εἰδώ ab εἶδος, Ἀφρώ ab ἀφρός.

Veteres grammatici de etymologia nominis Ἀφροδίτη in diversas sententias discedunt (παρὰ τὸ ἀφραδές Cram. AO, I, 37; παρὰ τὸ ἀφρὸν τῆς συνουσίας ib.; παρὰ τὸ ἁβρὸν τῆς διαίτης ib.; ἀπὸ τοῦ ἀναδύσα καὶ τοῦ ἀφροῦ ib. II, 137; παρὰ τὴν ἀφροσύνην ib.). G. Hermannus Opp. II, 177 Latine reddidit *Spumicita i. e. coitus appetentia latens usque ad tempus pubertatis;* Nork. *Andeutungen eines Systems der Mythologie* 1850 p. 2 repetit a voce Aramaica אֶפְרָתָה pro אֶפְרָה, Graecam vocem ex hac forma corruptam esse et significare *fecundam.*

Idem nomen Ad. Hecker. Comment. crit. de Anth. Gr. p. 337 ex coniectura restituit in Apollonid. ep. IX, 791.

ἀφφώ, vid. Ἀπφώ.

Ἀχειρώ, ἡ (leg. ἢ) Ἀχερώ, καὶ Ὠπίς, καὶ Ἑλλὴ γῆρυς, καὶ Γῆ, καὶ Δημήτηρ, ἡ αὐτή. Hesych. Vid. interpretes.

Ἀχώ, Dorice pro Ἠχώ. Pind. Ol. XIV, 21. Anth. Plan. XVI, 152, 1. 6; 153. 233; Mosch. Id. 3, 30; Ἀχοῖ Eur. fr. p. 45 Matth.

B.

Βαβώ, ἡ, nomen muliebre.

1. eadem quae *Βαυβώ*, ubi vide. Nomen *Βαβώ* legitur ap. Suid. vv. *Βαβοῦς*, *Δυσαύλης*, *Δημώ*, et ante Gaisfordium etiam v. *Νῆσσα;* et in glossa, quae post v. *Βαῦνος* ante Bernhardyium sequebatur, tres libri B, E, Med. eandem nominis formam exhibent, pro qua ante Kusterum *Βαρώ* legebatur. Hoc ultimo loco cod. A habet *Βανώ* et ex eodem v. *Δημώ* affertur *Βανώ* et ex Med. *Βαθώ*. Item Harpocrat. v. *Δυσαύλης* et Psellus De Daemonibus p. 39 Boisson., ubi cod. Par. A habet *βαβῶ*, cod. Par. B *λαβώ*, quod eodem ducit.

Admodum dubium videtur, num Maussacus ad Harpocrationem v. *Βαυβοῦς* et Kusterus ad Suidam v. *Βαῦνον* et L. Dindorfius in H. Steph. ed. Didot. v. *Βαβώ* recte iudicaverint, cum hanc nominis formam corruptam esse iudicent, cum etiam *βαβᾶν* pro *βαυβᾶν* raro scribatur, de qua scriptura conferendus est G. Dindorfius in H. Steph. v. *βαυβᾶν*, et utraque vox et nomen et verbum ex onomatopoeia orta esse videatur sonum quendam inter *ba* et *bau* medium imitanti. Videtur utraque forma exstitisse, sed *Βαυβώ* magis in usu fuisse.

2. spectrum nocturnum. Mich. Psellus, teste Lobeckio Agl. p. 823, apud L. Allatium *De quorund. Graec. Opinat.* p. 139: *ἔνεστι γάρ που τοῖς Ὀρφικοῖς ἔπεσι Βαβώ τις ὀνομαζομένη δαίμων νυκτερινή, ἐπιμήκης τὸ σχῆμα καὶ σκιώδης τὴν ὕπαρξιν.*

3. nomen mulieris in inscriptione Galatica. C. I. G. III, n. 4142, 2: *BABOY MAMA* i. e. *Βαβὼ ἢ Νάνα [σ]ὺν [κ]αὶ [τῇ] θυγατρί ... τήν τε εὐχὴν ἀνέστησεν σὺν τῇ θυγατρὶ [Λ]εοντῇ εὐχὴν ὑπὲρ ἑαυτῆς κ(αὶ) τῶν ἰδίων πάντων (καὶ) συνερχομένου λαοῦ, ἐπ' ἀγαθῷ.* Editor novissimus nomina *Βαβώ* v. 2 et *Λεοντῇ* v. 15. dubitanter se recepisse fatetur ex restitutione ap. Gruter. p. MLXXIII, 1 proposita. Analogia nomini non adversatur. Papius monstrat nomen *Βάβων Βαβίων* apud Milesios.

Βαγώ, ὁ, nomen viri. LXX, Esdr. I, 8, 40: *ἐκ τῶν υἱῶν Βαγώ.*

Βαιθωρώ, ἡ, urbs Palaestinae prope Hierosolyma. Ioseph. Bell. Iud. II, 12, 2: *κατὰ γὰρ τὴν Βαιθωρώ.* Dicitur etiam *Βεθωρώ.* Vid. Haverc. ad l. c. De aliis huius nominis formis vid. Forbiger. Ant. Geogr. II, 718.

Βαισιππώ, ἡ, urbs Hispaniae in Turdetanis. Ptolem. II, 3 p. 40 Bert. 114 Wilberg., qui edidit *Βαισιππῶ.* Vulgo *Βαισίππω.* Vid. Forbiger. Ant. Geogr. III, 53.

Βαρβηλώ, ἡ, „Barbelo, Gnosticorum sectae daemon, flagitiosissimarum libidinum dea. Epiphan. Panar. vol. I p. 77 B: *τινὲς μὲν γὰρ αὐτῶν* (Gnostici) *Βαρβηλώ τινα δοξάζουσιν, ἣν ἄνω φάσκουσιν εἶναι ἐν ὀγδόῳ οὐρανῷ, ταύτην δὲ ἀπὸ τοῦ πατρὸς προβεβλῆσθαί φασι· μητέρα δὲ αὐτὴν εἶναι οἱ μὲν τοῦ Ἰαλδαβαὼθ λέγουσιν, οἱ δὲ τοῦ Σαβαώθ. τὸν δὲ υἱὸν ταύτης κεκρατηκέναι τοῦ ἑβδόμου οὐρανοῦ ἐν θράσει τινὶ καὶ ἐν τυραννίδι. Λέγει δὲ τοῖς ὑποκάτω ὅτι ἐγώ εἰμι, φησίν, ὁ πρῶτος καὶ ὁ μετὰ ταῦτα καὶ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστιν ἕτερος θεός. Τὴν δὲ Βαρβηλὼ ἀκηκοέναι τὸν λόγον τοῦτον καὶ κλαῦσαι. Ταύτην δὲ ἀεὶ φαίνεσθαι τοῖς ἄρχουσιν ἐν εὐμορφίᾳ τινὶ καὶ ἀποσυλᾶν τὸ ἐξ αὐτῶν σπέρμα δι' ἡδονῆς καὶ ἐκχύσεως, ἵνα δῆθεν*

τὴν αὐτῆς δύναμιν τὴν εἰς διαφόρους σπαρεῖσαν αὖθις πάλιν ἀνακομίζῃ. Memorat eandem p. 83 A; 91 B, et ubi τῆς Βαρβηλώ genitivum ponit 78 B. Βαρβηρὼ ἤτοι Βαρβηλώ vero dicit p. 56 D, 94 A, quod male scribitur Βαρβελὼ καὶ Βαρβερώ in argumento p. 53 A et Βαρβέλλω καὶ Βερώ in Cotelerii Eccles. Gr. Monum. vol. I. p. 286 C." L. DINDORF. in H. Steph. ed. Didot. h. v.

Βαρβηρώ, vide vocem antecedentem.

Βαρζαλώ, ἡ, urbs praefecturae Abarenae iuxta Euphratem in Armenia minore. Ptol. V, 8 p. 147 Bert. 342 Wilb., qui, cum duo libri Βαρζαλώ habeant, tamen vulgatam scripturam Βαρζάλω obtinuit. Vid. Forbig. Ant. Geogr. II, 310.

Βαρώ, ἡ, nomen mulieris corruptum pro Βαυβώ apud Suidam post v. Βαῦνος: Βαρὼ καὶ Δημώ, ὀνόματα σοφῶν γυναικῶν· ἐξένισεν ἡ Βαρὼ (Βαρῶ Eudoc.) τὴν Δημώ. Item Eudocia p. 93. Hanc glossam Bernhardyius iubentibus V et C codicibus ex serie verborum eiecit. Vid. Βαβώ et Βαυβώ.

Βασιλώ, ἡ, filia Aristippi Cyrenaici, quae Melanippo fratre defuncto mortem ipsa sibi conscivit. Anth. Pal. VII, 517, 2, Callim. ep. 59 (21 Ernest.):

Ἤρῳοι Μελάνιππον ἐθάπτομεν, ἠελίου δέ
δυομένου Βασιλὼ κάτθανε παρθενική
αὐτοχερί· ζώειν γὰρ ἀδελφεὸν ἐν πυρὶ θεῖσα
οὐκ ἔτλη. δίδυμον δ' οἶκος ἐσεῖδε κακόν
πατρὸς Ἀριστίπποιο· κατήφησεν δὲ Κυρήνη
πᾶσα, τὸν εὔτεκνον χῆρον ἰδοῦσα δόμον.

Cod. Palat. in titulo habet βασιλῶ. Praeterea commemoratur nomen ap. Theognost. can. 718 in Cramer AO, II, 118, ubi pro nomine appellativo accipitur: τὰ εἰς ῶ λήγοντα θηλικὰ καὶ ὀξύνεται καὶ πάντα διὰ τοῦ ὦ μεγάλου γράφεται καὶ τὴν παραλήγουσαν τὴν αὐτὴν ἔχει τῷ πρωτοτύπῳ, καὶ πάντα ἐστὶν ὑποκοριστικά· οἷον λήθη ληθώ καὶ Λητώ· πείθω τὸ ῥῆμα, πειθώ· φείδω τὸ ῥῆμα, φειδώ· ἐρατός Ἐρατώ· χρεῖα χρειώ· βασιλεύς βασιλώ.

Βαττώ, ἡ, amata Philetae, ex coniectura C. Lachmanni ad Propert. III, 30, 31 (II, 34, 31), ubi vulgo legitur: *Tu satius memorem Musis imitere Philetan.* Pro *satius* C. Lachmannus nescio quo loco coniecit *Battus*, quam coniecturam probat Bernhardyius *Gr. Litteraturgeschichte* II, 398. Eadem enim ab Ovidio Trist. I, 5, 2 et Epist. ex Ponto III, 1, 58 nominatur *Battis*. *Battis* autem et *Batto* est idem nomen. Etiam Βαττίδα pro Βιττίδα viri docti in Hermesianactis fr. v. 77 ap. Athen. XIII, 598 E scribendum esse putaverunt. Sed iniuria. Nam Βιττίς Βίττιον Βιττώ nomen apud Graecos inprimis in ora australi Asiae minoris et insulis adiacentibus habitantes videtur satis vulgare fuisse. Sed etiam nomen Βάττος, unde Βαττώ Βαττίς potest derivari, in illis terris non inusitatum fuit. Vid. Papii Onomasticon. Sed quamquam Lachmanni coniectura speciosissima atque ingeniosissima est, tamen cum Hertzbergio ad Propert. l. c. tom. III p. 228 coll. tom. I p. 207 sq. faciendum esse videtur, qui Hermesianactis auctoritate nisus eam reiicit. Quid de Ovidii Battide statuendum sit nescio. Schweighaeuserus ad Athen. l. c. tom. VII p. 247 suspicatur, *Ovidium fortasse praetulisse formam nominis, quae magis sonora Latinis auribus accideret.* Alii sine dubitatione nomen mutaverunt.

Βαυβώ, ἡ, nomen muliebre.

1. etiam *Βαβώ* nominata, ubi vide, mulier Eleusina, mater Protonoes et Nisae ex Dysaule, quae Cererem hospitio exceptam, cum deam ad corpus reficiendum precibus movere non potuisset, propudiosi facinoris obscoenitate incitavit, ut illa potionem prius repudiatam sumeret. Clemens Al. Protr. II, 20: *αἰσχύνης ἔμπλεως ἡ περὶ τὴν Δηὼ μυθολογία. ἀλωμένη γὰρ ἡ Δηὼ κατὰ ζήτησιν τῆς θυγατρὸς τῆς Κόρης περὶ τὴν Ἐλευσῖνα (τῆς Ἀττικῆς δέ ἐστι τοῦτο τὸ χωρίον) ἀποκάμνει καὶ φρέατι ἐπικαθίζει λυπουμένη. τοῦτο τοῖς μυουμένοις ἀπαγορεύεται εἰς ἔτι νῦν, ἵνα μὴ δοκοῖεν οἱ τετελεσμένοι μιμεῖσθαι τὴν ὀδυρομένην. ᾤκουν δὲ τηνικάδε τὴν Ἐλευσῖνα οἱ γηγενεῖς· ὀνόματα αὐτοῖς Βαυβὼ καὶ Δυσαύλης καὶ Τριπτόλεμος, ἔτι δὲ Εὔμολπός τε καὶ Εὐβουλεύς. βουκόλος ὁ Τριπτόλεμος ἦν, ποιμὴν δὲ ὁ Εὔμολπος, συβώτης δὲ ὁ Εὐβουλεύς. ἀφ' ὧν τὸ Εὐμολπιδῶν καὶ τὸ κηρύκων τὸ ἱεροφαντικὸν δὴ τοῦτο Ἀθήνησι γένος ἤνθησεν. καὶ δὴ (οὐ γὰρ ἀνήσω μὴ οὐχὶ εἰπεῖν) ξενίσασα ἡ Βαυβὼ τὴν Δηὼ ὀρέγει κυκεῶνα αὐτῇ. τῆς δὲ ἀναινομένης λαβεῖν καὶ πιεῖν οὐκ ἐθελούσης (πενθήρης γὰρ ἦν) περιαλγὴς ἡ Βαυβὼ γενομένη, ὡς ὑπεροραθεῖσα δῆθεν, ἀναστέλλεται τὰ αἰδοῖα καὶ ἐπιδεικνύει τῇ θεῷ, ἡ δὲ τέρπεται τῇ ὄψει ἡ Δηὼ καὶ μόλις ποτὲ δέχεται τὸ ποτὸν ἡσθεῖσα τῷ θεάματι.* Eandem rem etiam uberius tractat Arnobius Adv. Gent. V p. 165 sq. Antverp. Uterque ad Orpheum, huius impudentiae testem, provocat, cuius versus (fr. XVI) afferuntur. Idem attigit M. Psellus De Daemonibus p. 39 Boisson. (vid. *Βαβώ*).

Historiam de Cerere a Baubo hospitaliter excepta Palaephatus Abydenus in Troicis (fr. 3 vol. II p. 339 a, Mueller.) teste Harpocratione v. *Δυσαύλης* primus, ut videtur, narravit, quem Clemens reliquique secuti sunt: *Παλαίφατος δὲ ἐν θ' Τρωικῶν σὺν τῇ γυναικί (Βαυβοῖ) φησιν αὐτὸν (Δυσαύλην) ὑποδέξασθαι τὴν Δήμητραν.* Eodem loco proxime ante eius filiae commemorantur, quas ex Dysaule peperit: *Ἀσκληπιάδης δ' ἐν δ' Τραγῳδουμένων τὸν Δυσαύλην αὐτόχθονα εἶναί φησι, συνοικήσαντα δὲ Βαυβοῖ σχεῖν παῖδας Πρωτονόην τε καὶ Νίσαν.*

De etymologia quid statuant viri docti ambigunt. Creuzerus Symb. IV, 465 incertus est, num sit vocabulum Graecum; idem tamen ib. n. 253 coll. II, 933 n. 142 et II, 321 reiectis aliorum opinionibus putat nomen esse deducendum a verbo *βαυβᾷν, dormire* et pertinere ad terram dormientem et clanculum parientem. Ab eodem verbo repetit Lobeckius Rhem. p. 326, cuius verba haec sunt: *Βαυβώ fuit nutriculae nomen cum verbis βαυβᾷν et βαυκαλᾷν cognatum. namque assarum lallis deliniti infantes consopiuntur et βαυβῶσι, ac nescio an utrumque ex voce lallantium expressum sit sic ut ipsum nomen infantium, de quo Damascius Phot.* CCXLII, 555 [p. 341 b, 11]: *βάβια δὲ οἱ Σύροι καὶ μάλιστα οἱ Δαμασκῷ τὰ νεογνὰ καλοῦσι παιδία, ἤδη δὲ καὶ τὰ μειράκια ἀπὸ τῆς παρ' αὐτοῖς νομιζομένης Βαβίας θεοῦ, sive potius utrumque a balbutiendo ut Francogallicum babil, babiller.* Hinc iudicanda est glossa Hesychiana, quae n. 2 sequitur.

2. *Βαυβώ, τιθήνη Δήμητρος.* Hesych., ubi scriptum erat *Βαυμώ.* a Schrevelio mutatum in *Βαυμώ.* Correxit H. Stephanus. Vid. Albert. Haec Baubo sine dubio eadem est atque n. 1. vocata.

3. *βαυβώ* i. q. *κοιλία.* Empedocl. ap. Hesych. *Βαυβώ, τιθήνη Δήμητρος. σημαίνει δὲ καὶ κοιλίαν, ὡς παρ' Ἐμπεδοκλεῖ.*

Βαυκώ, ἡ, Tenia puella in ipso nuptiarum apparatu morte exstincta. Anth. Pal. VII, 712, 4: Erinn. ep. 3 (5 Bergk.):

Νύμφας Βαυκίδος ἐμμί· πολυκλαύταν δὲ παρέρπων
στάλαν, τῷ κατὰ γᾶς τοῦτο λέγοις Ἀίδᾳ·
„Βάσκανος ἔσσ', Ἀίδα·" τὰ δέ τοι καλὰ σάμαθ' ὁρῶντι
ὠμοτάταν Βαυκοῦς ἀγγελέοντι τύχαν,
ὡς τὰν παῖδ', Ὑμέναιος ἐφ' αἷς ἀείδετο πεύκαις,
ταῖσδ' ἐπὶ καδευτὰς ἔφλεγε πυρκαϊᾷ·
καὶ σὺ μέν, ὦ Ὑμέναιε, γάμων μολπαῖον ἀοιδάν
ἐς θρηνῶν γοερῶν φθέγμα μεθηρμόσαο.

Eadem v. 1 *Βαυκίς* appellatur et in alia Erinnae ep. ib. VII, 710, ap. Bergk. 4, ubi a v. 5 haec dicit:

χὤτι με νύμφαν εὖσαν ἔχει τάφος, εἴπατε καὶ τό·
χὤτι πατήρ μ' ἐκάλει Βαυκίδα, χὤτι γένος Τηνία, ὡς εἰδῶντι· καὶ ὅττι μοι ἁ συνεταιρίς Ἤριν' ἐν τύμβῳ γράμμ' ἐχάραξε τόδε.

Nomen cohaeret cum appellativo *βαυκίδες*, quod, ut Pollux VII, 22, 94 ait, *πολυτελὲς ἦν ὑπόδημα, κροκοειδές, γυναικεῖον*. Vide etiam Alexim ap. Athen. XIII, 568 B, Clement. Alex. Paed. c. 2. med. Item ab ornamento muliebri nomen *Χλιδώ* ducit originem. Praeterea conferri possunt nomina ap. Papium *Βαῦκις, Βαύκαλος Βαυκιδεύς* et ap. Polluc. IV, 14, 100 *Βαῦκος ὀρχηστής*, quae omnia referenda sunt ad radicem *βαυκός*. Sed idem Papius errat cum etiam in ed. 2. Onomastici dicit, Bauco Nympham esse et in eundem errorem induxit editores Lex. Passov.

Aliter Sturzius iudicat, qui Opp. 91 duplicem interpretationem dedit: *vitam dulciter agens, Hesych: βαυκά, ἡδέα;* et p. 94; *nomina Βαυκίς et Βαυκώ huc referri possunt, si quis ea pro Βαυκαλίς et Βαυκαλώ contracte dicta atque adeo a verbo βαυκαλᾶν deducenda putet, quod Hesychius interpretatur verbis κατακοιμίζειν, τιθηνεῖν, παιδία μετ' ᾠδῆς κοιμίζειν.*

Βεθενώ, ἡ, mater Noae. Ecl. Hist. in Cramer. AP, II, 169, 34: *Λάμεχ γενόμενος ἐτῶν ρπη γεννᾷ τὸν Νῶε ἐκ Βεθενὼ γυναικὸς αὐτοῦ, θυγατρὸς Βαραχιὴλ πατραδέλφου αὐτοῦ.*

Βεθωρώ vid. v. *Βαιθωρώ*.

Βερώ, ἡ, nomen muliebre.

1. in inscriptione sepulcrali Attica. C. I. G. I. n. 648. *Βερὼ Ἐργοχάρους ἐκ Κεραμέων.*

Radix huius vocabuli mihi ignota est. Fortasse conferri possunt nomina ap. Papium *Βερόη Βέροια Βερονικιανός.*

2. eadem atque *Βαρβηλώ*, ubi vide.

Βηδωρώ, ἡ, urbs in Iudaea. Ptolem. V, 16 p. 162 Bert. 372 Wilb., qui ex aliquot codicibus scripsit *Βηδωρῶ* pro vulgato *Βηδώρω*. Sine dubio eadem urbs est atque *Βαιθωρώ*, ubi vide.

Βηθζηθώ, vicus prope Hierosolyma. Ioseph. Ant. Iud. XII, 10, 2: *ἐπεὶ δὲ ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἀπελθὼν κατὰ κώμην Βηθζηθὼ λεγομένην ἐγένετο* ... Scribitur etiam *Βηρζηθῶ* aut *Βηρζηθώ*. Vid. Haverc. ad h. l. et Forbiger. A. G. II, 706.

Βηθμααλώ, nomen Iudaicum. LXX, Iud. IX, 20: *καὶ καταφάγοι τοὺς ἄνδρας Σικίμων καὶ τὸν οἶκον Βηθμααλώ.*

Βηθσώ, locus Hierosolymorum. Ioseph. Bell. Iud. V, 4, 2: *ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ μὲν ἀρχόμενον χωρίου διὰ δὲ τοῦ Βηθσὼ καλουμένου κατατεῖνον.* Haverc. legendum esse censet *Βηθεζώ*.

Βηρζηθώ, vide *Βηθζηθώ*.

Βιττιγώ, mons Indiae. Ptol. VII, 1 p. 169: *καὶ τὸ Βιττίγω* (*ὄρος*), ubi cod. Pal. habet *Βήττιγον*; p. 170: *ἀπὸ τοῦ Βιττίγω ὄρους*, et mox *ἐν τῷ Βιττίγῳ ὄρει*; p. 173: *Βιττίγω* et paullo infra *μεταξὺ δὲ τοῦ Βιττίγου ὄρους*. Vid. Forbiger. A. G. II, 481.

Βιττώ, *ἡ*, nomen muliebre.

1. Coa mulier in inscriptione Chia. C. I. G. II, n. 2236. Cf. Iacobs. Anth. Paralipp. II, 10, Tom. XIII, p. 762; Anth. Pal. App. n. 137, ubi vid. nott.:

Βιττὼ καὶ Φαινίς, φίλη ἡμέρη, αἱ [συ]νέριθοι,
αἱ πενιχραί, γραῖαι, τῇ ἐκλίθημεν ὁμοῦ,
ἀμφότεραι Κῶαι, πρῶται γένος· ὦ γλυκὺς ὄρθρος.
πρὸς λύχνον ᾧ μύθους ᾔδομεν ἡμιθέων.

2. tribas Samia, quae tetram et perversam voluptatem a natura et legibus Veneris abhorrentem sectabatur. Anth. Pal. V, 207; Asclep. ep. 22:

Αἱ Σάμιαι Βιττὼ καὶ Νάννιον εἰς Ἀφροδίτης
φοιτᾶν τοῖς αὐτῆς οὐκ ἐθέλουσι νόμοις·
εἰς δ' ἕτερ' αὐτομολοῦσιν, ἃ μὴ καλά· δεσπότι Κύπρι,
μίσει τὰς κοίτης τῆς παρὰ σοὶ φυγάδας.

3. Halicarnassia, mater sacerdotis Minervae, ut Boeckhius docuit, Halicarnassiae. C. I. G. II, n. 2661 b: *Νοσσὶς Θεοκλέος* ‖ *καὶ Βιττοῦς* ‖ *[ἱ]ερατεύσασα* ‖ *Παρθένῳ.*

4. mulier, marito mortuo, vitam texendo toleraverat: postea quamquam quadragenaria meretricium quaestum faciebat. Anth. Pal. VI, 47; Antip. Sid. ep. 9:

Κερκίδα τὴν φιλαοιδὸν Ἀθηναίῃ θέτο Βιττὼ
ἄνθεμα, λιμηρῆς ἄρμενον ἐργασίης,
εἶπε δέ· Χαῖρε θεά, καὶ τήνδ' ἔχε· χήρη ἐγὼ γάρ
τέσσαρας εἰς ἐτέων ἐρχομένη δεκάδας,
ἀρνεῦμαι τὰ σὰ δῶρα· τὰ δ' ἔμπαλι, Κύπριδος ἔργων
ἅπτομαι· ὥρης γὰρ κρεῖσσον ὁρῶ τὸ θέλειν.

In eandem scriptum est A. P. VI, 48; epigr. adesp. 106 b.

Idem nomen est *Βιττίς* A. P. VII, 423, 5; Athen. XIII, 598 E. Deminutivum *Βίττιον* legitur A. P. VI, 286, 2, Leonid. Tar. ep. 20, 2. Nomina *Βιττώ Βιττίς Βίττιον Βιττίων* ex eadem stirpe orta sunt. Quae illa sit certe ex lingua Graeca non est notum. Asiaticam originem videntur redolere, ut *Ναννώ Νάννιον Ναννάριον*.

Βιτώ, *ἡ*, mulier impudica ipsa Hecate deformior. Anth. Pal. XI, 196; Lucill. ep. 35:

Ῥύγχος ἔχουσα Βιτὼ τριπιθήκινον, οἷον ἰδοῦσαν
τὴν Ἑκάτην [αὐτὴν] οἴομ' ἀπαγχονίσαι,
εἰμί, λέγει, σώφρων, Λουκίλλιε, καὶ μονοκοιτῶ.
αἰδεῖται γὰρ ἴσως, παρθένος εἰμί, λέγειν.
ὅς δὲ λέγει μισεῖν με, κακὸν τοιοῦτο γαμήσας,
τῆς αὐτῆς σχοίη τέκνα σαοφροσύνης.

Cod. Pal. habet *βῖτω*, in qua voce, ut dicit Paulssenius *βῖ* a priore librario adiectum est.

2. e coniectura Reiskii. Vide sequentem vocem.

Hoc nomen putat Sturzius Opp. p. 44 n. 206 pro *Bibo* apud Priscianum V, p. 121 Kr. rescribendum esse. Sed ea coniectura satis incerta est, nam Priscianus haec dicit: *Propria quoque inveniuntur feminina, quae apud Graecos in ῶ vel in ῶν desinunt, ut Manto Dido Sappho Ruscino Bibo.* Tria priora nomina ad probandam terminationem in ῶ allata sunt, duo posteriora debent esse, ut videtur, exempla terminationis in ῶν. *Ruscino* enim sine dubio est *ἡ Ῥουσκίνων*. quapropter etiam in voce *Bibo* eiusmodi nomen in ῶν desinens lateat oportet.

Βιώ, *ἡ*, nomen muliebre.

1. mater, quae post decem liberos frustra a se editos ipsa defuncta est. Anth. Pal. VII, 484; Dioscor. ep. 27; Meinek. Del. p. 84:

Πέντε κόρας καὶ πέντε Βιὼ Διδύμωνι τέκουσα
ἄρσενας οὐδὲ μιᾶς οὐδ' ἑνὸς ὠνάσατο,
ἣ μέγ' ἀριστεύουσα καὶ εὔτεκνος οὐχ ὑπὸ παίδων
ὀθνείαις δ' ἐτάφη χερσὶ θανοῦσα Βιώ.

Fictum est nomen a verbo *βιόω βιῶ*, unde etiam *Βίων Βιωνίδας*, deducuntur.

2. mater Palaephati. Suid. v. *Παλαίφατος* coll. Eudoc. p. 356. Sed ex codicibus BD recentissimi editores receperunt *Βοιώ*, ubi vide.

3. Argiva, philosopha Pythagorea. Iambl. Vit. Pyth. I. 36 extr. *Βιὼ Ἀργεία* habet ed. Commel.; cod. Par. ap. Menag. in Hist. Mul. Phil. 107 et cod. Ciz. in ed. Kiessl. praebent *Βυώ* aut *βύω*. Reinesius scripsit *Βοιώ*. Kusterus ex codice suo emendavit *Βρυώ*, quem secuti sunt Kiesslingius et Westermannus in editione Didotiana.

βληχώ, ἡ, mentha pulegium. Vid. G. Dindorf. in H. Steph. ed. Didot. v. *βλῆχνον* et Lobeck. ad Soph. Ai. p. 173 ed. 2.

Βοιώ, ἡ, Delphica poetria. Paus. X, 5, 7. 8: *Βοιὼ δὲ ἐπιχωρία γυνὴ ποίησασα ὕμνον Δελφοῖς, ἔφη, κατασκευάσασθαι τὸ μαντεῖον τῷ θεῷ τοὺς ἀφικομένους ἐξ Ὑπερβορέων τούς τε ἄλλους καὶ Ὠλῆνα.* Eam etiam Clemens Al. Strom. I, 21, 132 in antiquissimis vatibus numerat.

Secundum Suidam v. *Παλαίφατος* fuit mater Palaephati, epici poetae: *Παλαίφατος, Ἀθήνησιν ἐποποιός, υἱὸς Ἀκταίου καὶ Βοιοῦς.* Hoc loco vulgata scriptura erat *Βιοῦς*, sed ex codicibus BD recentissimi editores receperunt *Βοιοῦς*.

Ad eandem videtur spectare quod Athenaeus IX, 393 E scribit: *Βοῖος δ' ἐν Ὀρνιθογονίᾳ ἢ Βοιώ, ὥς φησι Φιλόχορος, ὑπὸ Ἄρεως τὸν Κύκνον ὀρνιθωθῆναι.* ubi editiones habebant *Βοιῷ*. Correxit Casaubonus, qui postea sic liquido scriptum invenit in codice Huraldino, nec Schweighaeuserus dubitat, quin cod. A. in vocabuli accentu consentiat cum Huraldino. Vide Koch. ad Antonin. Liberal. praef. p. XXX.

12. ex coniectura in inscriptione prope Oropum reperta. Titulus praeter cetera continet nomina eorum, qui Amphiarao medicationis causa, ut videtur, donaria offerunt. C. I. G. I, n. 1570, col. b, v. 6: ...*μὼ φίαλον, ὁλκὴ Δ* ⊢ ⊢ ⊢ ⊢. Koehlerus *ΔΔΗΩ,* sed elementa *ΔΔ* ut incerta notavit. Hinc coniecit Keil. Syll. p. 35 *Δα*]*μώ;* Osann. minus probabiliter scribi voluit *Θεαι*]*ώ,* Boeckh. *Ἀρτε*]*μώ.* Sed in eadem inscriptione etiam *Δημώ* legitur. vid. *Δημώ* n. 13.

Δαορθώ, ἡ, filia Illyrii. Appian. Illyr. 2: *Φασὶ δὲ τὴν μὲν χώραν ἐπώνυμον Ἰλλυριοῦ τοῦ Πολυφήμου γενέσθαι ... Ἰλλυριῷ δὲ παῖδας ... γενέσθαι· καὶ θυγατέρας, Παρθὼ καὶ Δαορθὼ καὶ Δασσαρὼ καὶ ἑτέρας.*

Δαρικώ, falsa scriptura pro *Δάρνις,* quae est urbs Libyae. Vid. Wesseling. ad Hierocl. Synecd. p. 734.

Δασσαρώ, ἡ, filia Illyrii. Vide *Δαορθώ.*

Δεινώ, ἡ, nomen muliebre.

1. una de tribus Graeis, filia Phorci Cetusque. Apoll. II, 4, 2: *Ἐννὼ Πεφρηδὼ καὶ Δεινώ. ἦσαν δὲ αὗται Κητοῦς τε καὶ Φόρκου, Γοργόνων ἀδελφαί, γραῖαι ἐκ γενετῆς.* Idem fere Tzetz. ad Lycophr. 838, cuius verba cum verbis Eudociae pp. 105. 288 plane consentiunt, praeterquam quod apud Eudociam verba *καὶ τὴν Δεινώ* omittuntur. Earum forma sic depingitur in Scholiis primis ad Aesch. Prom. 793: *εἶχον εἶδος κυνῶν. ἦσαν δὲ καὶ μονόδοντες. εἶχον δὲ καὶ αἱ τρεῖς ὀφθαλμὸν ἕνα καὶ ἑτέρα παρ' ἑτέρας λαμβάνουσα τὸν ὀφθαλμόν, ὅτε ἔθελεν, ἔβλεπεν.* Formam caninam omittit Zenobius I, 41, consentit in reliquis.

Haec tertia Graea ab aliis aliter nominatur. Hygin. fab. praef.: *Ex Phorco et Ceto Phorcides Pamphede Enyo Chersis. Pro hac ultima Dino alii ponunt.* Apud Schol. Apoll. Rh. IV, 1515 tertia vocatur *Ἰαινώ,* quod nomen nescio an sit perperam scriptum pro *Δινώ.* legitur enim ibi: *Πεμφρηδὼ καὶ Ἐντὼ καὶ Ἰαινώ:* iota initiale nominis *Ἰαινώ* videtur ortum esse ex finali iota antecedentis *καὶ* et *Δ* immutatum est in *Α.* Certe *Δινώ* scriptum est in scholiis secundis ad Aesch. Prom. 793: *τὰ Γοργόνεια πεδία, ἐν οἷς κατοικοῦσι Δινὼ Πεφριδὼ καὶ Ἐννώ, αἱ τοῦ Φόρκυνος.* Simili modo nomen historici *Δείνων* aliquoties *Δίνων* scribitur. Vid. Mueller. Fr. Hist. Gr. II pp. 89, 2. 90, 6. 91, 8. 9. Eudocia cum Scholiasta ceteroqui consentiens haec nomina habet: *Πεφριδὼ καὶ Ἐντὼ καὶ Ἐννώ.* Apud Hyginum l. c. tertium nomen *Chersis* corruptum est pro *Περσηίς* vel potius pro *Περσώ,* ut legitur ap. Heracl. De Incred. XIII: *περὶ Φορκίδων. ... ὀνόματα δὲ αὐτῶν Πεφρηδὼ Ἐννὼ Περσώ.* Hesiodus Th. 273 duas

tantum Graeas Πεμφρηδώ et Ἐννώ commemorat. sed Goettlingius post v. 273 unum versum cum tertio nomine Δεινώ vel Ἰαινώ excidisse suspicatur, quam opinionem Hermannus Opp. VI, 1, 168 non probat.

De etymologia nominis non est, quod addam. Vide Muelleri *Ares* 1848 p. 75. Hermannus l. c. coniecit Δινώ, quemadmodum habent Scholia B ad Aesch. l. c. Hermannus enim putat, nomine Graeae utriusque significari aestus maris reciprocos, et *Dino* esse recessum aestuum.

2. filia Sperchii ex coniectura Berkelii ap. Anton. Lib. Met. 12 p. 32, 8 Koch.: Ὁ δὲ Τέραμβος ... ἀπέρριψε λόγον ἄχαρίν τε καὶ ἀνόητον εἰς τὰς Νύμφας, ὅτι γένος μέν εἰσιν οὐκ ἀπὸ Διός, ἀλλ' ἔτεκεν αὐτὰς ἡ δεῖνα τοῦ Σπερχείου. Sic edidit Verheyk. et addidit haec: *Omnes in contextu dederunt ἡ Δεῖνα ac si esset nomen proprium, unde Berkelius coniecit Δεινώ legendum. falso. recte est ἡ δεῖνα,* illa quaedam, *quae paullo post Diopatra nominatur.*

Δεινωνώ, ἡ, mulier Brontini, philosophi Pythagorei, quae Crotoniatas, opera Pythagorae a pellicum consuetudine abduxit. Iambl. Vit. Pyth. XXVII, 132 (111): Ἀπαλλάξαι δὲ λέγεται (Πυθαγόρας) τοὺς Κροτωνιάτας καὶ τῶν παλλακίδων καὶ καθόλου τῆς πρὸς τὰς ἀνεγγύους γυναῖκας ὁμιλίας. πρὸς Δεινωνὼ γὰρ τὴν Βροντίνου γυναῖκα, τῶν Πυθαγορείων ἑνός, οὖσαν σοφήν τε καὶ περιττὴν τὴν ψυχήν (ἧς ἐστι καὶ τὸ καλὸν καὶ περίβλεπτον ῥῆμα, τὸ τὴν γυναῖκα δεῖν θύειν αὐθημερὸν ἀνισταμένην ἀπὸ τοῦ ἑαυτῆς ἀνδρός· ὅ τινες εἰς Θεανὼ ἀναφέρουσι)· πρὸς δὴ ταύτην παρελθούσας τὰς τῶν Κροτωνιατῶν γυναῖκας παρακαλέσαι περὶ τοῦ συμπεῖσαι τὸν Πυθαγόραν διαλεχθῆναι περὶ τῆς πρὸς αὐτὰς σωφροσύνης τοῖς ἀνδράσιν αὐτῶν. ὃ δὴ καὶ συμβῆναι, καὶ τῆς γυναικὸς ἐπαγγειλαμένης καὶ τοῦ Πυθαγόρου διαλεχθέντος καὶ τῶν Κροτωνιατῶν πεισθέντων, ἀναιρεθῆναι παντάπασι τὴν τότε ἐπικολάζουσαν ἀκολασίαν. Editio princeps sic habet: πρὸς δεῖνω νῶ γὰρ τὴν βροντίνου γυναῖκα. Kuster. Kiessling. et Westermann. ediderunt Δεινωνῶ (sic). In cod. Ciz. scribitur Δεινωνώ, *accentu certe recte posito.* Eadem Brontini uxor infra XXVIII extr. Θεανώ nominatur, quod nomen Arcerius hoc quoque loco recipi vult consentiente Kustero. Sed res dubia est. Nam Diog. Laert. VIII, 42 Theano sororem appellat Brontini et uxorem Pythagorae, idemque addit, secundum alios Theano esse uxorem Brontini. Simili modo ambigitur apud Suidam v. Θεανώ, quamquam recte, ut videtur, inter Pythagorae uxorem et Brontini aut alius cuiusdam uxorem internoscit: quarum utrique nomen erat Theano. Sed in ipso nomine nova difficultas inest, cum non sit unde deducatur.

Δεξώ, ἡ, dea quaedam allegorica sycophantarum a Cratino ficta. Hesych. h. v.: ὁ Κρατῖνος ὠνοματοποίησεν, ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι δῶρα, id. v. Ἐμβλώ, πέπλασται παρὰ τὸ ἐμβλέπειν, ὡς ἡ Δωρὼ καὶ Δεξώ. Editores Lexic. Passov. h. v. hoc nomen pro masculino acceperunt, quum dicunt: Δεξώ, οῦς, ὁ (δέχομαι) *komischgebildeter Name eines Bestechlichen, Nehmling. Cratin. b. Hesych.* Immo dea est dona quasi *accepturiens.* Meinek. fr. II, 1, p. 58 interpretatur *Accipitram.* Vid. v. Δωρώ.

Δερκετώ, ἡ, dea Syria, Semiramidis mater, humana facie erat reliquo corpore piscis. Ctesias ap. Diod. II, 4: κατὰ τὴν Συρίαν τοίνυν ἐστὶ πόλις Ἀσκάλων καὶ ταύτης οὐκ ἄποθεν λίμνη μεγάλη καὶ βαθεῖα

πλήρης ἰχθύων. παρὰ δὲ ταύτην ὑπάρχει τέμενος θεᾶς ἐπιφανοῦς, ἣ ὀνομάζουσιν οἱ Σύροι Δερκετοῦν. αὕτη δὲ τὸ μὲν πρόσωπον ἔχει γυναικός, τὸ δ' ἄλλο σῶμα πᾶν ἰχθύος διά τινας τοιαύτας αἰτίας. μυθολογοῦσιν οἱ λογιώτατοι τῶν ἐγχωρίων τὴν Ἀφροδίτην προσκόψασαν τῇ προειρημένῃ θεᾷ δεινὸν ἐμβαλεῖν ἔρωτα νεανίσκου τινὸς τῶν θυόντων οὐκ ἀειδοῦς. τὴν δὲ Δερκετοῦν μιγεῖσαν τῷ Σύρῳ γεννῆσαι μὲν θυγατέρα, καταισχυνθεῖσαν δὲ ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις, τὸν μὲν νεανίσκον ἀφανίσαι, τὸν δὲ παιδίον εἴς τινας ἐρήμους καὶ πετρώδεις τόπους ἐκθεῖναι, ἐν οἷς πολλοῦ πλήθους περιστερῶν ἐννοσσεύειν εἰωθότος παραδόξως τροφῆς καὶ σωτηρίας τυχεῖν τὸ βρέφος. ἑαυτὴν δὲ διὰ τὴν αἰσχύνην καὶ λύπην ῥίψασαν εἰς τὴν λίμνην μετασχηματισθῆναι τὸν τοῦ σώματος τύπον εἰς ἰχθύν. διὸ καὶ τοὺς Σύρους μέχρι τοῦ νῦν ἀπέχεσθαι τούτου τοῦ ζῴου καὶ τιμᾶν τοὺς ἰχθῦς.

Lucian. de Syr. dea c. 14 simulacrum deae, ut suis ipse oculis viderat, his verbis descripsit: Δερκετοῦς δὲ εἶδος ἐν Φοινίκῃ ἐθεησάμην, θέημα ζένον· ἡμισέη μὲν γυνή, τὸ δὲ ὁκόσον ἐκ μηρῶν ἐς ἄκρους πόδας ἰχθύος οὐρὴ ἀποτείνεται.

Iuvenis, quocum illa corpus miscuit, Caystrus appellatur. Etym. M. 493, 42: Κάυστρος δέ ἐστιν υἱὸς Πενθεσιλείας τῆς Ἀμαζόνος, ὃς ἐν Ἀσκάλωνι ἔγημε τὴν Δερκετὼ καὶ ἐξ αὐτῆς ἔσχε τὴν Σεμίραμιν, ἥ τις καὶ τὰ Βαβυλώνια τείχη κατεσκεύασε. Idem iisdem fere verbis legitur in Schol. Lips. ad Il. II, 461, in Cramer. AO I, 235, 27, AP IV, 28, 7.

Tzetzes in Schol. ad Il. exeg. ap. Bachm. p. 834, 23 Assyriam eam vocat: Δερκετώ τις ἦν Ἀσσυρία γυνὴ σοβαρά, et Chil. IX, 502: τῶν Ἀσσυρίων ἄνασσά τις.

Eratosthenes, quamquam ipse quoque ad Ctesiam provocat, tamen a reliquis dissentientia tradit. Catast. 38: Ἰχθύς. οὗτός ἐστιν ὁ μέγας καλούμενος ἰχθύς ... ἱστορεῖται δὲ περὶ τούτου, ὥς φησι Κτησίας, εἶναι πρότερον ἐν λίμνῃ τινὶ κατὰ τὴν Βαμβύκην· ἐμπεσούσης δὲ τῆς Δερκητοῦς νυκτὸς σῶσαι αὐτήν, ἣν οἱ περὶ τοὺς τόπους οἰκοῦντες Συρίας θεὸν ὠνόμασαν. Praeterea h. l. scriptura Δερκητοῦς notanda est. Secundum Theon. in Arat. Phaen. 239 erat filia Veneris nomine Derce: οὗτοι δὲ Ἰχθύες εἰσὶν οἱ τοῦ μεγάλου Ἰχθύος ἔκγονοι, περὶ οὗ ἐν τοῖς ἑξῆς ἐρεῖ, οἵ τινες Δέρκην, τῆς Ἀφροδίτης θυγατέρα, ἐκπεσοῦσαν εἰς θάλασσαν, ἔσωσαν. ὅθεν εἰς τιμὴν τῆς θεοῦ οἱ Σύροι ἰχθύων ἀπέχονται.

Nominatur etiam Ἀτάργατις ap. Strab. XVI, 748, Plin. V, 23: *Bambycen quae alio nomine Hierapolis vocatur, Syris vero Magog. ibi prodigiosa Atargatis, Graecis autem Decreto* (sic) *dicta, colitur.*

Apud Latinos scriptores nomen plerumque *Dercetis* scribitur, ut ap. Ovid. Met. IV, 45: *de te Babylonia narret* ‖ *Derceti;* ap. Hyg. fab. CCXXIII: *Semiramis Decertis* (sic) *filia;* ib. CCLXXV: *Semiramis Dercetis filia;* Lact. Plac. fab. 4, 4: *de Babylonia Derceti;* ap. Ampel. c. 9. perperam legebatur *Cercetis filia;* ap. Schol. Germ. Arat. Ph. 378 falso scribitur *Phacetis, filia Veneris, in piscem transfigurata, quam Syri deam nominaverunt.*

De etymologia viri docti non consentiunt. E. Roeth. *Geschichte unserer abendlaendischen Philosophie* I. n. 293 p. 292 sq. affirmat Derceto esse vocabulum Syriacum et significare *hiatum χάσμα χάος*; Nork. *Andeutungen eines Systems der Mythologie* 1850 p. 3. n. originem vocis ex radice ducit דַּרְגִּתָּא דַּגְתָּא *piscis femella.* Alias interpretationes vide ap. Creuzer. Symb.

II, 76 sq. et Movers. *Phoenizier* I, 594, qui nomen deae contendit nihil aliud posse significare nisi *κτείς, pudendum muliebre.*

Δηιώ i. q. *Δηώ*, ubi vide 1, a.

Δημώ, ἡ, nomen muliebre.

1. deminutivum nominis *Δημήτηρ* ex grammaticorum praeceptis. Etym. M. 264, 1: *τινὲς δέ φασιν, ὡς λέγει ὁ τεχνικός, ὅτι ὑποκοριστικόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ Δημήτηρ Δηώ, ἀγνοοῦντες τὸν σχηματισμὸν τῶν τοιούτων ὑποκοριστικῶν. τὰ γὰρ τοιαῦτα ὑποκοριστικὰ θέλει φυλάττειν τὸ σύμφωνον τῆς δευτέρας συλλαβῆς τῶν ἰδίων πρωτοτύπων· οἷον Ὑψιπύλη Ὑψώ, Εἰδοθέα Εἰδώ. εἰ οὖν Δημήτηρ Δημώ ὤφειλεν εἶναι. ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὑποκοριστικόν.* Idem dicit Zonaras v. *Δηώ*.

Unum exemplum huius deminutivi Cereris apud scriptores videtur exstare et quidem apud Suidam v. *Δημώ*, ubi haec leguntur: *Δημώ, ὄνομα κύριον. Ἐξένισεν ἡ Βαβὼ τὴν Δημώ.* Sed Clemens Alexandrinus, qui Protr. II, 20 hoc hospitium commemorat. et Mich. Psellus, qui in dissertatione *Τί περὶ Δαιμόνων δοξάζουσιν Ἕλληνες* p. 39 sq. Boissonad. saltem indicat, Cererem nominant *Δηώ*. Hinc editores Suidae nomen *Δημώ* in *Δηώ* mutandum esse censent. Vide vv. *Βαβώ* et *Βαυβώ*. Contra Lobeckius Agl. p. 822 nomen *Δημώ* pro *Δημήτηρ* agnoscit. *Nec dubito*, inquit ille, *quin Demo eadem sit, quae ab Epidauriis Dorice Δαμία dicta et cum filia Auxesia consecrata est i. e. Δημήτηρ.*

Nork. *Andeutungen eines Systems der Mythologie* p. 13 sq. not. deducit nomen, ut videtur, a verbo *δαμάω δαμάζω* et significare eam dicit, quae omnia subigat. Eius maritum esse *Πολυδάμαντα*, qui idem sit qui Pluto *δαμάστωρ*, et mortuos ipsos vocari *δημητρίους*. Secundum Sicklerum Hom. *Hymnus an Demeter* p. 111 radix huius vocabuli est Semitica דָּמַם דָּמוֹ דָּם דּוּם *quies.* Creuzer. Symb. IV, 271 interpretatur *Δημώ deam popularem.*

2. filia Celei, regis Eleusiniorum, ex Metanira (v. 161), quae cum sororibus Cererem Proserpinam filiam quaerentem in domum regiam adducit. Hom. hymn. in Cer. 109

τὴν δὲ ἴδον Κελεοῖο Ἐλευσινίδαο θύγατρες ...
τέσσερες, ὥστε θεαί, κουρήιον ἄνθος ἔχουσαι
[Καλλιδίκη καὶ Κλεισιδίκη Δημώ τ' ἐρόεσσα,
Καλλιθόη θ', ἣ τῶν προγενεστάτη ἦεν ἁπασέων.]

Hi duo posteriores versus interpolati habentur.

3. Sibylla Cumaea secundum Hyperochum ap. Paus. X, 12, 8: *τὸ δὲ ἔπος τὸ ἐς τὴν Μάρπησσον καὶ τὸν ποταμὸν τὸν Ἀιδωνέα, τοῦτο οἱ Ἐρυθραῖοι τὸ ἔπος ἀφαιροῦσιν ἀπὸ τῶν χρησμῶν. τὴν δὲ ἐπὶ ταύτῃ χρησμοὺς κατὰ ταὐτὰ εἰποῦσαν ἐκ Κύμης τῆς ἐν Ὀπικοῖς εἶναι, καλεῖσθαι δὲ αὐτὴν Δημὼ συνέγραψεν Ὑπέροχος ἀνὴρ Κυμαῖος. χρησμὸν δὲ οἱ Κυμαῖοι τῆς γυναικὸς ταύτης οὐδένα εἶχον ἐπιδείξασθαι, λίθον δὲ ὑδρίαν ἐν Ἀπόλλωνος ἱερῷ δεικνύουσιν οὐ μεγάλην, τῆς Σιβύλλης ἐνταῦθα κεῖσθαι φάμενοι τὰ ὀστᾶ.*

4. grammatica vel potius philosopha. Cramer. AO III, 189, 20: *τὰ Φημονόης ἄν σοι διεξῆλθον καὶ Δημοῦς τῆς γραμματικῆς· τῆς μὲν ἔπος εὑρούσης· τῆς δὲ τέχνας συγγραψαμένης.*

Scripsit eadem etiam interpretationes Homericas easque philosophas, ex quibus nonnihil affert Eustathius ad Il. V, 387 p. 560, 38: (*χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ δέδετο τρισκαίδεκα μῆνας*) *Ἡ μέντοι Δημὼ μαθηματικῶς ταῦτα τεθεράπευκε λέγουσα χάλκεον μὲν κέραμον τὸν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ*

χάλκεον καλούμενον οὐρανόν, δεσμὸν δὲ Ἄρεος τρισκαιδεκάμηνον τὸ τοῦ Ἄρεος τοῦ πλάνητος ἀστέρος πάθος τὸν λεγόμενον στηριγμόν, ὃν πάσχει γενόμενος πρὸς Καρκίνῳ καὶ Λέοντι ἐπὶ μῆνας ὀκτώ, ἔτι δὲ καὶ ἐπὶ ἑτέρους πέντε, οἳ τῇ πρώτῃ αὐτοῦ καὶ δευτέρᾳ ἀνωμαλίᾳ προσλογίζονται, Ἁλωέως δὲ παῖδας δήσαντας τὸν τοιοῦτον Ἄρην λέγει τὰ διαληφθέντα δύο θερινὰ ζώδια, τὸν Καρκίνον καὶ τὸν Λέοντα, πρὸς οἷς ὁ ἥλιος γενόμενος τοῦ ἁλῶαν ἐστιν αἴτιος. καὶ τοιαῦτα μὲν ταῦτα. Et ad Il. XVIII, 480 p. 1154, 42. Describitur scuti confectio. ὅτι δὲ καὶ φιλόσοφα ὁ ποιητὴς ἐνταῦθα πολλὰ ὑπεμφαίνει, δηλοῦσιν εἰς πλάτος οἱ παλαιοί. αὐτίκα ἡ Δημὼ τὴν Ὁμηρικὴν ταύτην ὅλην ἀσπιδοποιίαν ἀνάγουσα τοιαῦτά φησι· ὅτι Θέτις μὲν ἡ τὰ τοιαῦτα μεσολαβήσασα ἐπὶ τῆς τῶν ἐν τῇ κοσμογενείᾳ πραγμάτων θέσεως εἴληπται τῷ ποιητῇ, διὰ δὲ τοῦ πυρὸς καὶ τῆς πνοῆς, ἣν ἐξανιεῖσιν, ὡς προεδηλώθη, αἱ φῦσαι, τὰ ποιητικὰ καὶ δραστήρια τῶν στοιχείων αἰνίττεται, ἀέρα καὶ πῦρ, οὐ τὰς ἀποτομάδας ἀπορροίας χρυσᾶς νεάνιδας ὑπουργοὺς Ἡφαίστου καλεῖ· διὰ δὲ τοῦ κυκλοτεροῦς σάκους τὸ κατὰ τὸν σφαιροειδῆ κόσμον σχῆμα ἐνδείκνυται, σφαίρας γὰρ γένεσίς ἐστιν ἡμικυκλίου περιενεχθέντος ἀποκατάστασις. τὰ δὲ τηκόμενα, ὁ χρυσὸς ὁ χαλκὸς ὁ ἄργυρος ὁ κασσίτερος, τοῖς στοιχείοις εἰκάζονται διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνα τῶν τοιούτων μετάλλων ἐμφέρειαν. ὁ χρυσὸς μὲν γὰρ καὶ ὁ ἀτειρής, ὅ ἐστι δυσκατέργαστος χαλκός, εἴκασται πυρὶ καὶ γῇ, ὁ δὲ μαλακὸς καὶ οἷον ῥευστικὸς κασσίτερος ὕδατι, ἀέρι δὲ ἄργυρος ὁ πρὶν ἢ σμηχθῆναι μέλας ὢν καὶ ἀμιγής, οὗ ὕστερον ἐπιφαίνει φωτός. καὶ ταῦτα μὲν οὕτω συμβολικῶς. μετ' ὀλίγα δέ φησιν ἡ αὐτὴ φιλόσοφος, ὅτι καὶ τοῖς κυρίοις τῶν στοιχείων ὀνόμασι χρῆται αὐτός ἐστιν ὁ τὸ σάκος τεύχων Ἥφαιστος. τὴν δὲ τρίπλακα μαρμαρέην ἄντυγα τὸν ζωδιακὸν ἐκείνη λέγει κύκλον αἰνίττεσθαι, τρίπλακα μὲν διὰ τὸ πλάτος αὐτοῦ, καθ' ὃ ἡ τῶν πλανήτων κίνησις, μαρμαρέην δὲ διὰ τὸν ἥλιον τοῦ διὰ μέσων οὐκ ἐξιστάμενον καὶ τὸ φῶς ἐφ' ὅλον αὐτὸν πέμποντα μαρμαίρειν τε καὶ φαεινὸν εἶναι τὸν κύκλον ποιεῖν. τὸν δὲ ἀργύρεον τελαμῶνα, δι' οὗ ἡ ἀσπὶς ἐκ τῶν ἄκρων ἀνέχεται, εἰς τὸν ἄξονα μεταφέρει τὸν τὸ πᾶν ἀνέχοντα, ἐξηρτημένον ὥς περ τοῦ ἀνωτάτου αἰθέρος καὶ διὰ μέσου τῆς γῆς ἥκοντα καὶ ἐπὶ τὰ νότια περατούμενον καὶ παρέχοντα στρέφεσθαι τὸν οὐρανὸν περὶ αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ ἀνεχόμενον. τὰς δὲ πέντε πτύχας τοῦ σάκους τοὺς παραλλήλους κύκλους νοεῖ, εἰς οὓς διαιρεῖται ὁ κόσμος, ἤγουν τὸν ἀρκτικόν, ὃς τῷ βορείῳ πόλῳ ἐγγίζει, καὶ τὸν τῷ Νότῳ προσκυροῦντα ἀνταρκτικὸν καὶ τοὺς δύο τροπικούς, ἤγουν τὸν πρὸς τῷ Βορρᾷ θερινὸν καὶ τὸν πρὸς τῷ Νότῳ χειμερινὸν καὶ πέμπτον τὸν μέσον αὐτῶν ἰσημερινόν, εἰς ὃν Ἥλιος ἐλθὼν ἰσάζει τὰς ἡμέρας ταῖς νυξίν, ὧν πέντε πτυχῶν μέση μὲν χρυσέα καθ' Ὅμηρον, ὁ ἰσημερινὸς δηλαδή, εἰ μή τις καὶ τὴν διακεκαυμένην ζώνην ταύτην ἐθέλει νοεῖν. δύο δὲ ἔνδον κασσιτέρου οἱ τροπικοὶ διὰ τὸ εὐτόνως εὔκρατον, ἐξωτάτω δὲ χαλκαῖ, αἱ πρὸς τοῖς πόλοις, κατεσκληκυῖαί πως διὰ τὴν ἐπὶ πολὺ τοῦ ἡλίου ἀπόστασιν. καὶ τοιαῦτα εἰποῦσα ἡ σοφὴ ἀσπιδοποιὸς καὶ τὴν ἡφαιστότευκτον καὶ καθ' ἥλην ἀσπίδα μετασκευάσασα νοερώτερον συμβιβάζει καὶ τὰ περὶ τῶν πόλεων καὶ ὅσα ἄλλα λέγει ὁ ποιητὴς ἐν τῇ ἀσπιδοποιίᾳ, λέγουσα ὅτι πράξεις ἀνθρώπων πολέμῳ καὶ εἰρήνῃ πρεπούσας, ὑφ' ὧν ὁ καθ' ἡμᾶς διοικεῖται βιός, ἀπαγγέλλει δι' αὐτῶν ὁ ποιητής, εἰσηγητὴς τῆς ἀρίστης γιγνόμενος πράξεως.

De hac philosopha interprete mentionem facit etiam Schol. ad Il. II, 205 ap. Wassenbergh.: ἀγκυλομήτεω] Ἀγκυλομήτης ὁ Κρόνος ἐκλήθη, ἤτοι ... ἢ ὁ τὰ ἀγκύλα καὶ δυσχερῆ πράγματα τῇ μήτι περιλαμβάνων κορόνους τις ὢν καὶ τέλειος νοῦς, ὥς φησι

καὶ ἡ Δημώ. Ex his locis satis apparet, quid sit iudicandum de Osanni coniectura ad Cornutum p. 23 scribentis Il. II, 205 pro ἡ Δημώ Εὐδαίμων, cum in cod. Ven. legatur Ἡδήμων et de Eudaemone suo multos testes citantis. Alii ὁ Δήμων legendum proposuerunt.

Δημώ praeterea est nomen amatricum et meretricum usitatissimum et hoc ipsum nomen videtur etiam appellativum fuisse, quo omnino meretricula significaretur, si quidem Hesychiana glossa: Δήμω, δημοσία cum Scaligero et Is. Vossio emendari debet in δημώ, δημοσία. Explicandi causa alia Hesychii glossa comparari potest, quae ante v. Δάμνα legitur: Δαμουργοί, αἱ πόρναι,

5. concubina Demetrii Poliorcetae. Plut. Demetr. 24: Δημήτριος δέ, τὴν Ἀθηνᾶν αὐτῷ προσῆκον, εἰ δι' ἄλλο οὐδέν, ὥς γε πρεσβυτέραν ἀδελφὴν αἰσχύνεσθαι (τοῦτο γὰρ ἐβούλετο λέγεσθαι), τοσαύτην ὕβριν εἰς παῖδας ἐλευθέρους καὶ γυναῖκας ἀστὰς κατεσκέδασε τῆς ἀπροπόλεως, ὥστε δοκεῖν τότε μάλιστα καθαρεύειν τὸν τόπον, ὅτε Χρυσίδι καὶ Δαμείᾳ καὶ Δημοῖ καὶ Ἀντικύρᾳ, ταῖς πόρναις ἐκείναις, συνακολασταίνοι.

Huius mulieris amore non solum Demetrium captum fuisse, sed etiam eius patrem Antigonum testatur Heraclides Lembus ap. Athen. XIII, 578 AB: Ἡρακλείδης δὲ ὁ Λέμβος ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῶν Ἱστοριῶν Δημώ φησιν ἐρωμένην γενέσθαι τοῦ Δημητρίου· ἢ ἐπιμανῆναι καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἀντίγονον καὶ ἀποκτεῖναι Ὀξύθεμιν, ὡς καὶ πολλὰ συνεξαμαρτάνοντα τῷ Δημητρίῳ καὶ ὅτι ἀπέκτεινε τὰς τῆς Δημοῦς θεραπαίνας στρεβλῶν. Antigonus ex ea filium Alcyoneum genuit, ut idem Athenaeus eodem loco ex Ptolemaeo tradit: Πτολεμαῖος δὲ ὁ τοῦ Ἀγησάρχου ἐν ταῖς Περὶ τὸν Φιλοπάτορα Ἱστορίαις βασιλέως ἐρωμένας ἀναγράφων φησίν· ... Ἀντιγόνου δὲ Δημώ, ἐξ ἧς Ἀλκυονέα γενηθῆναι.

6. amica Philodemi poetae. Anth. Pal. XII, 173, Philod. 1:

Δημώ με κτείνει καὶ Θέρμιον· ἡ μὲν ἑταίρη
Δημώ· ἡ δ' οὔπω Κύπριν ἐπισταμένη.
καὶ τῆς μὲν ψαύω· τῆς δ' οὐ θέμις. οὐ μὰ σέ, Κύπρι,
οὐκ οἶδ' ἣ εἰπεῖν δεῖ με ποθεινοτέρην.
Δημαρίου λέξω τὴν παρθένον· οὐ γὰρ ἕτοιμα
βούλομαι, ἀλλὰ ποθῶ πᾶν τὸ φυλασσόμενον.
Δημαρίου λέξω, ἀλλὰ ποθῶ πᾶν τὸ φυλασσόμενον.

Animadvertas velim v. 5. Δημάριον, deminutivum nominis Δημώ.

6 — 9. Idem poeta altero epigrammate A. P. V, 115, Phil. 2 quattuor puellas omnes nomine Δημοῦς appellatas a se amatas commemorat, unde sibi Philodemi nomen fatale esse ait:

Ἡράσθην Δημοῦς Παφίης γένος· οὐ μέγα θαῦμα·
καὶ Σαμίης Δημοῦς δεύτερον· οὐχὶ μέγα·
καὶ πάλιν αὖτ' Ἰακῆς Δημοῦς τρίτον· οὐκέτι ταῦτα
παίγνια· καὶ Δημοῦς τέτρατον Ἀργολίδος.
αὐταί που Μοῖραί με κατωνόμασαν Φιλόδημον,
ὡς αἰεὶ Δημοῦς θερμὸς ἔχοι με πόθος.

De nomine Ἰακῆς Δημοῦς cf. Iacobs. t. III. p. 76. In his quattuor puellis haud dubie illa erat, quam priore epigrammate sine patriae significatione nominavit. Praeterea adnotandum est, in lemmate cod. Palat. pluralem πολλὰς δημοῦς (sic) legi.

10. amica Meleagri poetae, quae, stomachante poeta, alias aliorum amore veluti Iudaei cuiusdam delectabatur. Anth. Pal. V, 160, Meleagr. 83:

Δημὼ λευκοπάρειε, σὲ μέν τις ἔχων ὑπὸ χρῶτα
τέρπεται· ἁ δ' ἐν ἐμοὶ νῦν στενάχει κραδία.
εἰ δέ σε σαββατικὸς κατέχει πόθος, οὐ μέγα θαῦμα·
ἔστι καὶ ἐν ψυχροῖς σάββασι θερμὸς Ἔρως.

De vocativo Δημώ vid. Ἐρατώ. ib. V, 173, ep. 74 temporis tarditatem devovet, cum apud amicam alius pernoctet, contra V, 172, ep. 81 queritur, cum ipse se ex Demus amplexibus eripere debeat propter diluculum; eadem V, 197, ep. 66 amatricibus poetae adnumeratur.

11. amica Pauli Silentiarii, cuius oscula poeta ceteris puellis praefert. Anth. Pal. V, 244. Paul. Sil. 2:

Μακρὰ φιλεῖ Γαλάτεια καὶ ἔμψοφα· μαλθακὰ Δημώ·
Δωρὶς ὀδακτάζει. τίς πλέον ἐξερέθει;
οὔατα μὴ κρίνωσι φιλήματα· γευσάμενοι δέ
τριχθαδίων στομάτων, ψῆφον ἐποισόμεθα,
ἐπλάγχθης κραδίη· τὰ φιλήματα μαλθακὰ Δημοῦς
ἔγνως, καὶ δροσερῶν ἡδὺ μέλι στομάτων.
μίμν' ἐπὶ τοῖς· ἀδέκαστον ἔχει στέφος. εἰ δέ τις ἄλλη
τέρπεται, ἐκ Δημοῦς ἡμέας οὐκ ἐρύσει.

12. lanifica, quae cum sororibus, ut videtur, lanificii instrumenta Minervae dedicabat. Anth. Pal. VI, 174, Antip. Sid. 22:

Παλλάδι ταὶ τρισσαὶ θέσαν ἅλικες, ἶσον ἀράχνᾳ
τεῦξαι λεπταλέον στάμον' ἐπιστάμεναι·
Δημὼ μὲν ταλαρίσκον ἐύπλοκον, Ἀρσινόα δὲ
ἐργάτιν εὐκλώστου νήματος ἠλακάτην·
κερκίδα δ' εὐποίητον, ἀηδόνα τὰν ἐν ἐρίθοις,
Βακχυλίς, εὐκρέκτους ᾗ διέκρινε μίτους·
ζώειν γὰρ δίχα παντὸς ὀνείδεος ἤθελ' ἑκάστα,
ξεῖνε, τὸν ἐκ χειρῶν ἀρνυμένα βίοτον.

13. mulier, quae fortasse medicationis causa Amphiarao donarium obtulit in inscriptione prope Oropum reperta. C. I. G. I, n. 1570 col. b, 29: Δημοῦς 111. Vid. v. Λαμώ n. 12.

14. mulier in titulo Smyrnaeo. C. I. G. II, n. 3141, 18: *Μητρόβιος Φανείους καὶ ὑπὲρ τῆς γυναικὸς ‖ Δημοῦς τῆς Βίωνος καὶ ὑπὲρ τῆς μητρὸς ‖ Ἡδίστας Ἡρωείχου σ̄.*

15. mulier in eodem titulo, v. 40: *Ἀπελλικῶν Μηνοδότου καὶ ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ ‖ Μηνοδότου καὶ τῆς γυναικὸς Δημοῦς ‖ τῆς Ποσειδωνίου ρ̄.*

16. mulier in monumento Smyrnaeo cum anaglypho, quod repraesentat mulierem large vestitam, quae dextra facem tenet solo impositam, adstante utrimque puella, quarum altera eandem illam facem inferius tenet, altera urnam sustinet. Sub fastigio est corona, quae voces Δημοῦν et Διονυσίου separat inferiore orbe. Ὁ δῆμος Διονυσίου, Εὐξένου δὲ γυναῖκα.

17. mulier in titulo ap. Io. Kenned. Bail. Inscr. Gr. fasc. II, n. CLXXXI i: *Πρίσκιλλα Ὑπατικὴ θυγάτηρ Δημοῦς.*

18. Thessalonica libertina, Asii spadonis amica in titulo Bonnensi sepulcrali ex Grotefendi coniectura. Vide tamen Welcker. Syll. n. 101, qui ex ΔΗΜΟΙ fecit *Ὑ]λη μοι.*

Δηρώ, ἡ, nomen muliebre.

1. filia Nerei ex Doride. Apoll. I, 3, 7: *Νηρέως δὲ καὶ Δωρίδος τῆς Ὠκεανοῦ Νηρηίδες, ὧν τὰ ὀνόματα ... Σπειώ ... Ἐρατώ Σαώ ... Δωτώ ... Κυμώ ... Πρωτώ Καλυψώ ... Κραντώ ... Δηρώ ... Κητώ.* Heynius addit: *aliunde mihi nota non est.*

2. idem quod Θηρώ ex Lobeckii coniectura Paralipp. p. 433. n. 54. Vide Θηρώ n. 2.

Δηώ sive Δηιώ, ἡ, nomen Cereris et duarum reginarum.

1. nomen Cereris ab initio, ut videtur, mysticum, postea satis vulgare.

a) Δηιώ sive Δηώ. Etym. M. 263, 48: *εἰ δὲ ἔχει τὸ ἰῶτα, λέγεται ὅτι γέγονε παρὰ τὸ δαίω τὸ κόπτω, κατὰ τροπὴν Ἰωνικὴν τοῦ ἄλφα εἰς ἦτα, καὶ γὰρ ἡ Δημήτηρ γῆ ἐστιν· ἡ γῆ δὲ διακόπτεται ἐν τῷ ἀροτριᾶσθαι. ἢ παρὰ τὸ δαίω τὸ καίω, ὅτι*

μετὰ λαμπάδων ἐζήτει τὴν θυγατέρα. coll. 264, 9: ἢ ὅτι πολλὴν ἐδήωσε γῆν, τουτέστι διέκοψε, ζητοῦσα τὴν θυγατέρα· ἢ γηώ τίς ἐστι, κατὰ τροπὴν τοῦ γάμμα εἰς δέλτα· ἢ ὅτι λυπουμένη διὰ τὴν θυγατέρα ἐδαίετο τὴν ψυχήν. ἢ Δηὼ παρὰ τὰς δηάς. οὕτω γὰρ Δηαὶ προσαγορεύονται ὑπὸ Κρητῶν αἱ κριθαί. Cod. Dorvil. utroque loco habet Δηιώ et δηιάς et δηιαί. Etiam aliis locis haec scriptura invenitur, veluti ap. Schow. Chart. papyr. p. 82. ΔΗΙΩ; in Anth. Pal. VII, 209, 3: δηιοῦς; IX, 19, 8: δηιοῦς; IX, 21, 6: δηιοῦς; in C. I. G. I, n. 434, 3 Δηοῖ; ap. Paus. VIII, 42, 6 in versibus Pythiae: Δηιοῦς Ald. codd. Mosq. et Vindob. uterque, δη,ους (sic, τ erasum et subscriptum) Lugdun. II, et paullo post Δηιώ Ald. δηιώ bis codd. Mosq. Vind. uterque, Riccard. δη,ώ bis Lugd. II.

b) Δηώ. Primum ter reperitur in Hom. h. in Cer. 47: πότνια Δηώ, 211: πολυπότνια Δηώ, 492: Δηοῖ ἄνασσα. In duobus prioribus versibus Hermannus verba uncis inclusit, v. 492 ut spurium notavit. Nescio an hic criticus nimis fuerit in notando. Hymnum illum non esse Homeri omnes concedunt. Tum ea vox apud poetas dramaticos invenitur, ap. Soph. Ant. 1108; Eur. Suppl. 290, Hel. 1369; Arist. Plut. 515 et mediae comoediae poetis frequentata erat, ut ait Meinek. Fr. III p. 3. Secuti sunt reliqui poetae, ut Apoll. Rh. III, 413, IV, 986; Callim. h. in Cer. 133, ubi vid. Spanh., h. in Apoll. 110; poetae Anth. ll. cc. ad Δηιώ; Nonn. Dion. II, 91 et sexcentis aliis locis eiusdem poetae. Apud eundem XII, 210 vocativus Δηώ legitur: Ἴλαθι, Δηώ. Aliquot locos sed sine ordine collegerunt Albert. ad Hesych. h. v. et Bachmann. ad Lycophr. 621.

In hoc nomine scribendo librarii aliquoties lapsi sunt. ap. Lycophr. l. c. habet cod. Vat. Δηνοῦς; ap. Callim. h. in Apoll. 110 veteres editiones pro Δηοῖ habent δοιῇ. quod ab Aurato correctum est; ap. Cornut. 28 p. 157 Osann. habet Laurent. 1. Διῶ.

De etymologia veteres Grammatici inter se varie dissentiunt. vid. γηώ et Δηιώ. Plerique consentiunt in verbo δήω *inveniam*. Etym. M. 263, 48: Δηώ, ἡ Δημήτηρ. καὶ διαφορεῖται, ὥς φησιν ὁ τεχνικός. Οἶδε γὰρ ἡ παράδοσις τὸ ἦτα μετὰ τοῦ ἰῶτα καὶ χωρὶς τοῦ ἰῶτα. Καὶ εἰ μὲν μὴ ἔχει τὸ ἰῶτα, λέγει ὅτι ἐστὶ παρὰ τὸ δήω τὸ σημαῖνον τὸ εὑρίσκω. καὶ γὰρ ἡνίκα περιήρχετο εἰς ζήτησιν τῆς θυγατρὸς αὐτῆς, κατ' εὐφημισμὸν ἔλεγον πάντες Δήεις, τουτέστιν εὑρήσεις· ἢ ἐπειδὴ αὕτη ἐφεῦρε τὸν σῖτον. Eust. ad Il. IX, 418 p. 760, 32; Schol. ad eundem locum et Schol. ap. Cramer. AP III, 67, 4, et Eust. ad Od. XI, 114 p. 1675, 18.

Sunt qui deducant a nomine δῆ i. e. γῆ. Vid. γηώ; Hesych.: δῆ, γῆ; Zonar. Δηώ, ἡ γῆ; Schol. Oppian. Hal. II, 19: Δηώ, γῆ· σωματοποιεῖ τὴν γῆν ὡς θεάν. Probat hoc Lobeck. Rh. p. 325: *probabilius est*, inquit, *Δηώ idem valere quod δῆ, Δημήτηρ.*

Nonnulli recentiores interpretes ab orientalibus linguis nomen repetunt, ut Ignarra in Emendatt. h. in Cer. 122 a lingua Pelasgica vel Phoenicia et idem esse ait quod *Bonam*. Sickler. Hom. *Hymn. an Demeter* p. 112 a Semitica radice דְּוָה דְּוָה דְּווֹ דַּוֵּי דְּוֵי, *desiderium, tristitia*. Cf. Creuzer. Symb. IV, 275. Nork. *Andeutungen* p. 13. n. deducit ex Sanscritana lingua (*deva*) et significare ait *deam*. Contra Ed. Roethius *Geschichte unserer abendl. Phil.* I. not. 163 p. 128,

cuius animus alias facile ad Semiticas etymologias propensus est, hoc nomen ortum esse putat ex Graeco verbo *δαίω, cibum suppedito alicui*, eodem modo quo *ἀηδώ* ex *ἀείδω, cano.*

Ex hoc nomine derivantur.

a) adiect. *Δηῷος, ῴα, ῷον.* Nonn. Dion. VI, 3: *Δηῴης ... θεαίνης* i. e. Proserpinae, non Deus, ut dicunt editores Lex. Passoviani; Anth. Pal. App. 50: *Δηῴοιο ... Τριόπαο.*

b) adiect. *Δηώιος, ία, ίον,* cuius exemplum apud Graecos scriptores scio nullum; sed legitur ap. Ovid. Met. VIII, 758 *Deoia quercus*, ubi vide interpretes.

c) metronymic. *Δηωίνη* i. e. Proserpina. Callim. (fr. 48) ap. Schol. Pind. Nem. I, 3, ubi *Δηιώνη* perperam scriptum sed a Valckenario emendatum est.

d) metron. *Δηωίς, ίδος* i. e. Proserpina. Deest in Graecis libris exemplum. exstat ap. Ovid. Met. VI, 114: Iuppiter lusit *varius Deoida serpens*, et ap. Auson. ep. IV, 50: *Deoida raptam* sustulit Orcus.

2. Cleopatra, regina Aegypti, teste Creuzero Symb. III, 112 sic vocata.

3. *Δηὼ νέη* Faustina, uxor Antonini Pii appellatur in epigr. Anth. Pal. App. 51, 6; C. I. G. III, n. 6228 B, 6: *τίουσιν Δηώ τε νέη Δηώ τε παλαιή.* Cf. Iacobs. ad Anth. Gr. tom. IX p. 387 sqq. et inprimis Franz. ad C. I. G. l. c. p. 921 *b* sqq.

Διδώ, ἡ, nomen muliebre. De quantitate prioris syllabae cf. Anth. Planud. XVI, 151: *ἀρχέτυπον Διδοῦς ἐρικυδέος, ὦ ξένε, λεύσσεις,* et Virg. Aen. I et IV multis locis, velut I, 613: *Sidonia Dido.*

1. filia Carchedonis Tyrii. Euseb. Chr. I p. 36, 25 Scalig. ed. 2: *Καρχηδὼν ἐπεκτίσθη ὑπὸ Καρχηδόνος τοῦ Τυρίου, ὡς δὲ ἄλλοι ὑπὸ Διδοῦς τῆς ἐκείνου θυγατρός.* Secundum alios erat filia Metonis. Myth. Vat. I, 214: *Dido Metonis filia, quem Virgilius Belum nominat, interfecto Acerbo coniuge suo, quem Virgilius Sichaeum nominat, a Pygmalione rege fratreque suo per fugam elapsa naves ascendit* etc. Apud Serv. ad Aen. I, 343 pater Methres vocatur: *Sichaeus Sicharbas dictus est, Belus, Didonis pater, Methres.* Vulgaris fama est, eam fuisse Agenoris aut Beli filiam, Sichaei uxorem, Carthaginis conditricem. Eust. ad Dionys. 195 p. 121 sq.: *Διδὼ ἡ τοῦ Πυγμαλίωνος ἀδελφή, θυγάτηρ Ἀγήνορος ἢ Βήλου βασιλέως Τυρίων, ἡ καὶ Ἔλισσα καλουμένη καὶ Ἄνα, Συχαίῳ γενομένη γυνὴ ἀνδρὶ Φοίνικι, Τύρον ᾤκει. τοῦτον δὴ τὸν ἄνδρα ὁ Πυγμαλίων σὺν αὐτῷ ἀποδημοῦντά που δολοφονεῖ ἔρωτι χρημάτων ... καὶ οὕτως ἡ Καρχηδὼν Φοινίκων ἀνέκαθεν οὖσα τῶν μετὰ τῆς Διδοῦς νῦν Λιβύων ἐστί. Διδὼ δὲ ἐκάλουν οἱ πλεονεκτηθέντες τὴν τοιαύτην γυναῖκα ἐπιχωρίῳ φωνῇ, ὡς ἂν εἴποι τις ἀνδροφόνον, διαβάλλοντες ἐκείνην ὡς δῆθεν αἰτίαν ἔχουσαν τοῦ ἀνδροφονῆσαι, διὰ τὸν ἐκ τοῦ ἀδελφοῦ φόνον.* Eadem fere leguntur ap. Eudoc. p. 113 sq. et apud Schol. ad Dionys. l. c. p. 300. Io. Malal. Chron. VI, 206 (162 Bonn.). Praeterea conferri possunt Herodian. V, 6 p. 112 Bekk., Strab. XVII, 3, 15 p. 832. Arrian. Punic. I.

Eius amores cum Aenea praeter Virgilium Aen. IV commemorant Lucian. Salt. 46: *τῆς Αἰνείου πλάνης καὶ Διδοῦς ἔρωτος*; Hygin. fab. CCXLIII: *Beli filia propter Aeneae amorem se occidit;* Etymologus, qui de etymologia alios auctores habuit. dicit enim 272, 53: *Διδώ, ἡ ἐρασθεῖσα Αἰνείου ἡρωΐς. Φασὶ δὲ αὐτὴν Ἐλέσσαρ ἤτοι Ἐλίσσαν* (sic) *ὀνομαζομένην κληθῆναι ὕστερον τῇ Τυρίων φωνῇ Διδὼ διὰ τὸ πολλὰ πλανηθῆναι ἀπὸ Φοινίκης ἀπάρασαν ἐπὶ Καρχηδόνα. Τῇ γὰρ Φοινίκων φωνῇ τὴν πλανῆτιν Διδὼ προσαγορεύουσι. πυρὰν γὰρ*

αὐτὴν ἀνάψασαν καὶ ἑαυτὴν τῷ πυρὶ ἐμβαλοῦσαν οἱ Τύριοι κλάοντες καὶ τὴν πυρὰν περιερχόμενοι Διδὼ ἀνεκάλουν, ὅ ἐστι πλανῆτιν. Idem habet Eudoc. p. 114. Eodem modo nomen interpretatur Anonymus *De mulieribus, quae bello claruerunt:* καὶ ὑπὸ τῶν Λιβύων διὰ τὴν πολλὴν αὐτῆς πλάνην Δειδὼ (sic) προσηγορεύθη ἐπιχωρίαις. vid. Θειοσσώ. Aliter Serv. Aen. I, 340: *Dido vero nomine Elissa ante dicta est, sed post interitum a Poenis Dido appellata i. e. virago, Punica lingua, quod cum a suis civibus cogeretur, cuidam de Afris regibus nubere et prioris mariti amore teneretur, forti se animo et interfecerit et in pyram iniecerit, quam se ad expiandos prioris mariti manes extruxisse fingebat.*

Nork. *Andeutungen* p. 3. n. dicit, Dido esse apud Phoenices Venerem et significare *amatam* דּוֹדָה; Gesen. Monum. Phoen. p. 406 et Movers. *Phoenizier* I. p. 616 deducunt ab דידן, quod est *eius* (Sichaei) *amata.*

Praeter nomina Διδώ Ἐλέσσαρ Ἐλίσσα Ἔλισσα Ἔλισσά (Schol. Dionys. l. c.) Ἄννα reperitur etiam nomen Θειοσσώ, ubi vide. Cf. etiam Ὀριγώ.

2. mulier in inscriptione Galatica C. I. G. III, n. 4124: Ἐτείμη[σ]αν Ἀπφίαν γονεῖς Μέμνων κ(αὶ) Διδὼ κ(αὶ) ἀδελφὸς Μενέμαχος μνήμης χάριν.

3. libertina in inscriptione Perusina ap. Orell. Syll. 3009: *Plautia Marci et Caiae liberta Dido, uxor Bathylli.*

Δικκώ, ἡ, mulier in titulo Acarnanica. C. I. G. II, Add. n. 1794*i*: Δικκὼ ‖ Λάμπωνος. Unde repetendum sit hoc nomen nescio. Nomina eiusdem exitus sunt Ἀκκώ Θεοκκώ.

Δινώ i. q. Δεινώ, ubi vide.

Διονυσῷ (sic), ἡ, nomen mulieris in epitaphio in Chalcide Euboica reperto, quod Boeckhio iudice M. Antoni Triumviri aetate positum est, cum titulus nomina Atticorum hominum contineat et tum Chalcidem Athenienses obtinuerint. C. I. G. II, n. 2151: Κάλλων Λακκιάδης. Διονυσῷ Ἀριστονίκου ἐκ Λακ[κ]ιαδῶ[ν]. Ἡρακλείδης Κάλλωνος υἱός. Πανακία Κάλλωνος Λακκιάδου θυγάτηρ, ἐτῶν κβ. χαίρετε. De iota subscripto cf. Ἀθηνῷ.

δοκώ, ἡ, i. q. δόκησις. Eur. El. 747: ἢ δοκῶ κενὴ ὑπῆλθέ με;

Δορκώ, a Sturzio Opp. 106 allatus, unde sit petitum non indicavit: *ab oculis, ut* Γοργίας ..., *oculis torvis* Δορκάς Δορκὼ Γλῆνις κτλ. coll. p. 44. Priscianus huius nominis deminutivum affert p. 173 Kr.: *Dorcium*, p. 235 ἡ Δόρκιον, *haec Dorcium.*

Δρακοντώ, ἡ, nomen mulieris in titulo Hypatico, qui ad manumissionem pertinet et saeculo quarto vel quinto p. Ch. n. scriptus est. Curt. Inscr. Att. App. p. 32, n. 195, 8: Δρακοντὼ καὶ Αὐξίβιος ὁ νεώτερος ἀπὸ Αὐθάδους τοῦ Φιλίσκου τοῦ Ἀριστονείκου.

Deminutivum Δρακόντιον legitur ap. Ath. VI, 257 D. Praeterea apud Papium inveniuntur Δράκων Δράκοντις Δρακόντιος Δρακοντίδης. Formatum est nomen ut Αἰαντώ Λεοντώ.

Δριμώ, ἡ, Alcyonei Gigantis filia, quae cum sororibus post patris obitum in mare se praecipitavit et avis facta est. Suid. h. v. et v. Ἀλκυονίδες ἡμέραι ... τὸν δὲ ἐπ' αὐταῖς μῦθον Ἡγήσανδρος ἐν τοῖς περὶ ὑπομνημάτων λέγει οὕτως· Ἀλκυονέως τοῦ Γίγαντος θυγατέρες ἦσαν Φωσθονία Ἄνθη Μεθώνη Ἀλκίππα Παλλήνη Δριμὼ Ἀστερίη. αὐταὶ μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν ἀπὸ Καναστραίου, ὅ ἐστιν ἄκρον τῆς Πελλήνης, ἔρριψαν αὐτὰς εἰς τὴν θάλασσαν. Ἀμφιτρίτη δ' αὐτὰς ὄρνιθας ἐποίησε καὶ ἀπὸ τοῦ πατρὸς Ἀλκυόνες ἐκλήθησαν. Αἱ δὲ νήνεμοι καὶ γαλήνην ἔνου-

σαι ἡμέραι ἀλκυονίδες καλοῦνται. καὶ ἀλκυόνειος ἡμέρα. Consentit etiam in nomine Δριμώ Arsen. p. 40. contra Eudocia p. 36 habet Δρυμώ; cod. ap. Bekk. AG. I, 377, 33 δρειμω (sic), ap. Bachmann. AG. I, 68, 28 δρειμώ (sic).

Δρομώ, ἡ, Orell. Syll. in Indice: *Dromo, canis nomen.* Exstat nomen in inscriptione Pannonica n. 4730: DROMOETHYLAC ‖ CANIBVENATICIS ‖ BONI ... Quamquam nomen Δρομώ analogiae non repugnat, cum paronymum Δρόμων et compositum Ἐνδρομώ inveniantur, tamen h. l. res aliter expedienda videtur. Nam inter Actaeonis canes haec nomina sunt ap. Hygin. fab. CLXXXI: *Dromius Eudromus Ocydromus Dromas*, quod ultimum etiam ap. Ovid. Met. III, 230 legitur; ap. Hyg. etiam *Hylactor* invenitur. Ergo nomina illius inscriptionis haud dubie sic restituenda sunt: *Dromio et Hylactori.* Orellius posterius nomen redintegrat *Hylaci vel Hylactori.* Posterius praefert Schoenwisner. Iter Pannon. t. II, p. 275, 24.

Δρῡμώ, ἡ, Naias quaedam, filia Nerei ex Doride, comes Cyrenes. Virg. Georg. IV, 336: De Cyrene loquitur.

At mater sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit eam circum Milesia vellera Nymphae
Carpebant, hyali saturo fucata colore,
Drymoque Xanthoque Ligeaque Phyllodoceque
Caesariem effusae nitidam per candida colla.

Aliquot codices habent aut *Drimo* aut *Demo*, Medic. *Drumo.* Nomen Drimo etiam legitur ap. Hyg. fab. praef.: *Ex Nereo et Doride Nereides quinquaginta ... Spio ... Doto Protho ... Drimo Xantho ... Cleio ...* Haec nomina sine dubio ex Graecis fabulis petita sunt nobis deperditis. vid. Ἀδμητώ. Graecum paronymum est Δρύμων ab Euseb. Pr. Ev. X. 11 p. 496*a*, Geisf. in antiquissimis Graecorum scriptoribus numeratus, et Δρύμων Κυλωνιάτης philosophus Pythagoreus in Iambl. Vit. Pyth. 36, 267 (217).

Δρυώ, ἡ, mater Herodoti. Suid. v. Ἡρόδοτος: Λύξου καὶ Δρυοῦς Ἁλικαρνασσεύς, τῶν ἐπιφανῶν, καὶ ἀδελφὸν ἐσχηκὼς Θεόδωρον. Ea apud eundem v. Πανύασις vocatur Ῥοιώ. Illud nomen matris genuinum videtur, hoc a criminosis hominibus, ut Herodotum pungerent, fictum. Cf. Creuzer. *Münch. Gelehrt. Anz.* a. 1846. XX pp. 164 sqq. Vide v. Ῥοιώ. Paronymum est Δρύων Πελληνεύς ap. Paus. VI, 8, 5.

Δυνώ, ἡ, nomen a Grammaticis ad nomen Ἰνώ explicandum formatum. Etym. M. 471, 27: Ἰνώ, παρὰ τὸ ἰς ἰνός· ἢ παρὰ τὸ δύειν Δυνώ· ἀποβολῇ τοῦ δέλτα καὶ τροπῇ· καὶ γὰρ εἰς τὴν θάλασσαν ἔδυνεν ἡ Ἰνώ.

δῶ, τό, apud epicos poetas pro δῶμα. cf. Lobeck. Paralipp. I, 115.

Δωδώ, ἡ, nomen minus usitatum pro Δωδώνη. Simmias ap. Strab. VIII, 5, 3, p. 364: Δωδὼ δὲ τὴν Δωδώνην Σιμμίας (φησί); Steph. Byz. v. Δωδώνη ... λέγεται δὲ καὶ εἰς ῶ. Σιμμίας ὁ Ῥόδιος „Ζηνὸς ἔδος Κρονίδαο μάκαιρ' ὑπεδέξατο Δωδώ." Strabo dicit, hanc formam et his similes, quarum multitudinem enumerat, a grammaticis per apocopen explicari: ἔνιοι δὲ κατὰ ἀποκοπὴν δέχονται. Hanc opinionem falsam esse apparet ex alia huius nominis forma Δωδών. Vid. Lobeck. Paralipp. p. 115 et G. Dindorf. in H. Steph. ed. Didot. v. Δωδώνη. Conferri potest vox Συρακώ.

Δωρώ, ἡ, dea allegorica sycophantarum. Arist. Eqq. 529: Ἀισα δ' οὐκ ἦν ἐν συμποσίῳ πλὴν Δωροῖ συκοπέδιλε. ubi Schol.: Δωροῖ συκοπέδιλε, Κρατίνου μέλους ἀρχή. σκώπτων δέ τινα ἐκεῖνος δωροδόκον καὶ συκοφάντην τοῦτο εἶπεν. Hesych.: Δωροῖ συκοπέδιλε· παρῳδεῖται τοῦτο ἐκ τῶν ἀρχαίων ποιημάτων; id. v. Ἐμβλώ. πέπλασται

παρὰ τὸ ἐμβλέπειν· ὡς ἡ Δωρὼ καὶ Δεξώ, ubi antea legebatur *Ηδωρώ*. Cratinus his verbis sycophantas propter eorum nequitiam pungit. Poeta cum duas sycophantarum deas finxerit *Δεξώ* et *Δωρώ*, videtur eorum nequitiam in utramque partem notare voluisse: ipsos esse venales eosdemque corruptores (iudicum). *Δεξώ* eorum dea erat, cum ipsi largitionibus movebantur, *Δωρώ* erat, cum, ut impunitas sibi flagitiorum daretur, pecunia iudices corrumpebant. Sic etiam Meinekius Fr. II, 1, p. 58 haec nomina explicat. Eius verba sunt: *rectius fortasse Doro activo sensu accipienda est, ut sycophantae intelligantur muneribus iudices corrumpentes. Ita igitur duo diversa sibique opposita habemus numina, quasi* Dononam *dicas et* Accipitram. Vid. *Δεξώ*.

Δωσώ, ἡ, nomen, quod Ceres deam dissimulans sibi imponit ex Passovii coniectura in Ind. Lectt. 1829 p. 6, Opp. p. 115 ad Hom. h. in Cer. 122: *Δὼς ἐμοί γ' ὄνομ' ἐστί*. Alii aliter coniecerunt: Brunck. *Δὼς μέν;* Ruhnk. *Δωρίς;* Fontein. *Δηώ;* Hermann. *Δωίς* vel *Δωάς*. Lobeck. Rh. probat *Δωσώ* vel *Δωρώ*. Facillima coniectura, cum neque analogia careat, neque nimis recedat a litterarum ductibus. Praeterea paronymum *Δώσων* cognomen Antigoni Graeci formaverunt et compositum *Εὐδωσώ*, quod vide.

Δωτώ, ἡ, una de Nereidibus. Hom. Il. XVIII, 43 coll. Hes. Theog. 248 (vid. *Θεμιστώ* n. 4): *Δωτώ τε Πρωτώ τε Φέρουσά τε Δυναμένη τε*. Eust. ad h. l. p. 1130, 24: *καὶ ἄλλως δὲ αὕτη Θάλεια κατὰ τὴν δαῖτα διὰ τὸ ἐκεῖθεν ζωηρὸν οὐ μόνον τοῖς ἐναλίοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξω ἐμπορικοῖς τε καὶ λοιποῖς, ὧν χάριν καὶ Δωτὼ Νηρηὶς πέπλασται, ὡς ῥηθήσεται;* ib. 30: *Δωτὼ καὶ Δωρὶς διὰ τὰς ἐκ θαλάσσης ἀγαθὰς ὀπωσοῦν δόσεις;* p. 1131, 17: *ἰστέον δὲ καὶ ὅτι ἡ Δωτώ, ὡς ἀπὸ τοῦ δῶ δώσω μεγεθύνουσα τὴν ἄρχουσαν, συγκροτεῖται καὶ ὑπὸ τοῦ δωτίνη καὶ τοῦ δώτωρ καὶ τοῦ θεοὶ δωτῆρες ἐάων, καὶ τοῦ ἀδώτης παρ' Ἡσιόδῳ, ἤδη δὲ καὶ τοῦ δῶρον καὶ δωρεαί*. Apollod. I, 2, 7. vid. *Δηρώ*. Hyg. fab. praef. vid. *Δρυμώ*. Virg. Aen. IX, 102: *Nereia Doto*, ubi vulgo *Cloto* vel *Clotho* legebatur. Val. Flacc. I, 134: *Hanc Panope Dotoque soror laetataque fluctu Prosequitur*. Claud. Nupt. Hon. et Marc. 169: *Mergit se subito vellitque coralia Doto*. C. B. Hasius in H. Steph. ed. Didot. h. v.: *in opere musivo adservato hodie in Bibl. Reg. nuperque ad pagum S. Rustici in finibus Tolosatium reperto ΔΩΤΩ Nereis picta est et invehens Tritone cui adscriptum nomen ΝΥΝΦΟΓΕΝΗΣ*.

Habebat templum Gabalis, in urbe Syriae, in quo famosissimus ille peplus asservabatur, quem Eriphyle habuisse dicitur. Paus. II, 1, 8: *Δωτοῦς δὲ ἐν Γαβάλοις ἱερόν ἐστιν ἅγιον, ἔνθα πέπλος ἔτι ἐλείπετο, ὃν Ἕλληνες Ἐριφύλην λέγουσιν ἐπὶ τῷ παιδὶ λαβεῖν Ἀλκμαίωνι*, ubi hae variae scripturae inveniuntur: *δωτούς* Paris. C, Mosq.; *Δωτοῖς* edd. Ald. Xyland. Kuhn. Facii, codd. Vind. b, Lugd. a; *Δωτοῦς* p. corr. e *Δωτοῖς* Vind. a; *Δωτοῖ* ed. Clavier., ut coniecit Canter. Nov. Lect. IV, 1 et Palmer. in margine exemplaris Lugd.

Movers. *Phoenizier* I, 508 deducit nomen a vocabulo Aramaeo דָּתָא quod idem sit atque Hebraicum תּוֹרָה *lex*. nam Doto Thuro Chusarthis Harmonia omnia haec nomina monstrare eandem deam, quae fuerit lex quasi figurata. Vide *Θουρώ* n. 2. Hanc interpretationem probat E. Roeth. *Gesch. unserer abendl. Phil.* I, not. 323 p. 241.